



**Petri Mosellani Protegensis, viri eruditissimi, in M. Fab.  
Quintiliani Rhetoricas institutiones annotationes. : Ioachimi  
Camerarii in duos priores eiusdem Quintiliani libros,  
annotationes.**

<https://hdl.handle.net/1874/420897>

8

PETRI

3

MOSELLANI PROTEGENSIS, VI.  
RI ERVDITISSIMI, IN M. FA  
BII QVINTILIANI RHE  
TORICAS INSTITV.  
TIONES, ANNOTA  
TIONES.

IOACHIMI CAMERARII IN DVOS  
PRIORES EIVSDEM QVINTILI  
ANI LIBROS, ANNOTA  
TIONES.



Colonix apud Iohannem Sote-  
rem, mense Maio, anno  
M.D.XXXII.

68

# REPORT

OF THE  
COMMISSIONERS OF THE  
LAND OFFICE  
FOR THE YEAR 1871

IN  
RESPONSE TO A RESOLUTION  
PASSED BY THE HOUSE OF COMMONS  
ON THE 12TH MARCH 1871

LONDON:  
PRINTED BY  
HARRISON AND SONS,  
ST. MARTIN'S LANE.

# IN M. FA.

BII QVINTILIANI INSTITV.

tiones rhetoricas, Annotationes per Petrũ  
Mosellanum Protegensem, uirum  
eruditissimum.

M. FABIVS TRYPHO-  
ni bibliopolaꝝ salutem.



**B**ibliopolaꝝ. Si nominis rationem spectes, li-  
brorum uẽditorem significat; nimirum à Βι-  
βλιον, quod Græcis libellũ significat, et πο-  
λις quod uẽdo. unde Græci nomen formant  
Βιβλιοπώλης, cuius uocatiuus, quoniã est no-  
men uerbale, habetur Βιβλιοπώλης, quem La-  
tini pro suo nominatiuo usurpãt, iuxta Pri-  
sciani traditionem, quæ est: Vocatiuũ primæ declinationis Græ-  
corum, sæpissime in nominatiuum Latinũ transire, idq; fieri mo-  
net Macedonum ac Thessalorum consuetudine.

**Efflagitati.** Differunt uehementer efflagitare & postula-  
re. Siquidem postulare est quoquo modo exigere: Efflagitare aut,  
uelut flagris extorquere, & uehementer postulare: id quod indi-  
cat Cicero: *Quantũ, inquit, causa postulat, nõ tamẽ efflagitat.*

**Quotidiano conuicio.** Conuicium obiurgatio est, qua au-  
dientes uelut ad uñium uocamus. Vnde iuriscõsultus quispiam in  
Pandectis, nisi me fallit memoria, quasi cõuicium dictum putat,  
ut sit uelut exprobratio quædam multis audientibus.

**De institutione oratoria.** Institutiones & instituta diffe-  
runt, autore Cornelio Frontone. Institutiones siquidem præcepti-  
ones sunt, siue introductiones quarumlibet artium. Instituta uero

decreta, & uelut edicta. Non tamen me fugit, Valerium Probum grammaticum probatissimum, obseruationibus suis indidisse titulum, Instituta artium.

**Nōdum putabam satis maturuisse.** Id est, maturos factos. Sic enim legēdum censeo, cum ex ueteri exemplari quod sic habet, tum quōdā uetustior multo & Quintiliani facilitati accommodatior translatio sit sumpta à frugibus maturescētibz, ut in genij fructus temporis progressu elimentur, & uelut ad maturitatem perueniant.

**Nō tam stylo.** Id est, lineamētis orationis, quibus hæc mea uestire uolebam. Est enim stylus proprie ferreus quidā stimulus, quo ueteres in ceratis tabulis scribebāt. Inde traductū est ad formam elocutionis, quam uariant sententiæ atq; uerba.

**Vsus deinde Horatij cōsilio.** Recētiorez codices omnes, Vsus habent in principio huius clausulæ. At in ueteri exemplari animaduerti deesse, idq; meo iudicio rectissime, tum quōd primū locum in clausula ferē soleat deinde occupare, tum uero maxime, quod longe purior et rotundior est sermo, si Fabius dicat, consilio Horatij sese dedisse otium suis libris. Versus Horatij ij sunt:

— Nonumq; prematur in annum,

Membranis intus positis, delere licebit

Quod non edideris, nescit uox missa reuerti.

**Vt refrigerato.** Id est, extincto inuentionis amore, qui (ut Horatius inquit) cæcus est. Vnde Theocritus: Amori pulchra uidentur, quæ non sunt pulchra. Et Catullus cuiq; suum attributum errorē tradit, ita ut non uideamus manticā quæ à tergo est.

**Permittamus uela uentis.** Id est, ancipitem editionis euentum utcunq; cadet experiamur. Sic enī Erasmus exponit in Chiadibus, ex allegoria hoc prouerbiū faciens, quod à nautis sumptum est, qui in dubiū uentorū flatū aliquoties uela expandunt.

**Et oram soluentibus.** Oram habent exēplaria magno consensutum Erasmus non aliter cūat: & Sipontinus, oram exponit  
fu

funem: porro alij litus exponunt. *Que* omnia partim corrupta lectione, partim coacta expositione adferuntur. nusquam enim quod equidem sciam, ora legitur pro fune nautico. neque Fabio dignus est sermo, soluere ora, pro litus soluere: alioqui dixisset dubio procul, ab ora soluere. Libet ergo subscribere castigationi Aldinae, atque legere, Auram bene precari, perinde integre ac si dicas, bonam auram precari, id est, prosperum uentum. Manet enim in allegoria Fabius ad clausulam usque, ut ipse faciendum praescribit lib. 5.

**Diu sum reluctatus.** Proprie luctari significat, brachijs complexis, certis quibusdam nexibus contendere. unde reluctari, hoc palaestrae genere aduersum aliquem pugnare significat. Fabius aptissime traduxit ad refutationem modestam, deflexione facta a corpore ad animum.

**Meae deprecationis.** Id est, recusationis. nam ut autor est Gellius lib. 5. cap. 16. praeter uulgo notam significationem uerbi Deprecor, quae est ualde precor, etiam declarat aliquoties abigo, amolior, uel precibus adhibitis, uel quo alio modo.

**Alienis uestigijs insisterem.** Quod Pythagoras uetare solebat hoc symbolo: Per publicam uiam ne ambules. id est, expositore Hieronymo, ne sequaris uulgi errorem. Nunquam enim tam bene actum est in humanis, ut quae optima sunt, plurimis placuerint.

**Summam in eloquentia manu imponerent.** Translatio est prouerbialis, sumpta ab artificibus, qui primo rude aliquod futuri corporis simulacrum effingunt, quod primam appellant manum: deinde uero accuratius expoliendo ad perfectionem ducunt, quam uocant summam manum, quod uidelicet postea manum non apponant amplius: ad hunc modum Erasmus locum hunc exposuit. Mihi magis arridet eorum sententia, qui a pictoribus sumptam metaphoram putant, cum ob aliam, tum quod et alterum quoddam prouerbium fertur, de pictoribus mutuo sumptum, quo iubemur manum de tabula iam satis elaborata amouere.

**Contemnentis tanquam parua.** Hieronymus in epi-

Stola quadam in hanc sententiam sic loquitur: Non sunt continenda tanquam parua sine quibus magna consistere non possunt.

Ab infantia incipiam. Medici, atque horum princeps Hippocrates apud Iulium Pollucem, libro de Rerum uocabulis secundo, septem hominis aetates supputant, quarum quaelibet septenario numero finitur. Harum primam, infantiam uocant: quae ubi sit exacta, tempus esse aiunt, ut puer litterarum scholis adhibeatur. Cui sententiae & Paulus Medicus subscribit in libro de praecipuis salubribus.

Ad ingenij lumen. Id est, ad eloquentiae facultatem. Sic enim M. Tullius in Bruto eloquentiam uocat: nimirum quod elegans & eruditus sermo, non nisi ab elegante & culto ingenio proficitur, quod in oratione, uelut lumine quodam adhibito, ostenditur. Vere siquidem dixit Aristoteles, talia quaeque loqui, qualis ipse sit, quod oratio minime mendax sit animi speculum.

Colligit. Id est, concludit.

Sic officio quoque copulata. Cicero libro de Oratore tertio, ferme in principio, his opinor uerbis: Nam cum omnis ex re atque uerbis constet oratio, neque uerba sedere possunt habere, si rem subtraxeris; neque res lumina, si uerba semoueris. Est enim illa Platonis uera uox, quae omnem doctrinam ingenuarum et humanarum artium, uno quodam societatis uinculo contineri dicitur, quam sententiam ut probet apud Platonem Socrates in Gorgia, omnem mouet lapidem.

Soli sapientiae studiosi uocarentur. Huc enim Fabius alludit, expressa Graeci nominis ratione. Siquidem Graecis φίλος amicum sonat, & σοφία sapientiam, unde philosophi dicti, quasi sapientiae amatores. Quod nomen omnium primus arrogauit sibi Pythagoras Samius. Nam tradit Socrates apud Laertium libro octauesimo, cum interrogaretur quemnam se profiteretur, respondit philosophum se esse.

Pessimis moribus praetendebant. Sunt enim propter

ea illis ipsis temporibus, nempe Domitiano imperante, consulto senatus philosophi eiekti, atq; urbe & Italia interditi, quemadmodum & prioribus seculis C. Fannio Strabone, M. Valerio Messala COSS. senatusconsultū scriptum de rhetoribus Latinis uel exigendis, uel coercendis, autore Gellio libro decimoquinto, capite undecimo.

Qualis uere sapiens appellari possit. Sapiensem hunc, his Stoici numeris perfici uoluerunt, ut esset quissiam improbitus, inuiolatus, nō impeditus, liber, diues, felix: quam formam, utpote commentitiam, Horatius eleganter uersibus illud in Epistolarum libro primo:

Ad summum, sapiens uno minor est Ioue, diues,

Liber, honoratus, pulcher, rex deniq; regum,

Præcipue sanus, nisi cum pūuita molesta est.

## CAPVT I.

Vnde origo animi cœlestis creditur. Quod uide licet animus noster è coelo in corpora humana illapsus, in hoc mundo omnia sua instituta, curas omnes renūtat. Vel quod creatus sit homo ad imaginem dei creatoris, ut scribit Moses & Platonici philosophi assentiūt, cum diuinissimum et sanctissimum hominem esse ex uniuerso rerum naturalium coetu asserunt.

Gracchorum eloquentiæ. Tiberij scilicet, de quo in claris Oratoribus sic Cicero: Ac utinam in Tiberio Graccho talis mens ad rempublicam bene gerendam fuisset, quale ingenium ad bene dicendum fuit: profecto nemo huic uiro gloria præstitisset, sed per turbulentissimum tribunatum à republica interfectus est. Hic diligentia Cornelie matris à puero doctus, & Græcis literis eruditus fuit. nā habuit semper exquisitos ex Græcia magistros. Porro C. Gracchus, uir à pueris quo nemo plenior et uberior ad dicendum fuit, grandis est uerbis, sapiens sententijs, & toto genere grauis.



Et Lælij filia. C. Lælius imprimis eloquens fuit, ex cuius orationibus Cicero estimari postulat de ingenij oratorū, cui & dicendi laudem cæteris illustriorem tribuit in Bruto.

Et Q. Hortensius. Hortensius omnium oratorum suæ ætatis, nisi M. Tullio, clarior fuit indicatus à Gellio lib. 1. Quem Cicerone in Bruto socium & consortem gloriosi laboris appellat, non tamē in honorē se xus, uerū multo magis in honorē artis oratoriæ.

## CAPVT II.

**D**ædagogis. Id est, ductoribus: ἀγωγῆς παιδῶν, quod puerum significat, & ἄγω duco.  
Interim sæuientes. Sæpius Interim apud Fabiū pro aliquando ponitur.

Imperiosi. Id est, abutentes imperio sibi cōcesso in pueros.

A Babylonio Diogene. Diogenes hic Stoicus philosophus fuit, ex Seleucia Ciliciæ urbe oriundus. At Babylonius dictus est ob uiciniam: siquidem Babylon confinis est Ciliciæ. Autor est Laertius libro 5.

Non rationi defuerit, sed oneri. Id est, nihilominus tamen hæcerit ratio optima instituendi, etiamsi per nonnullos stet, quo minus seruetur.

Alūno. Id est, eo quē educandū & instituendum suscepit.

Id quod prius. Vt pædagogi sint docti, & nutrices rectē loquantur.

A sermone Græco. Aduertendum tamen est, hanc rationem ad nostra tempora nō omnino quadrare, propterea quōd Fabij ætate uernaculus Romæ Latinus sermo fuerit, nobis non itidem: quanquam Erasmus Fabij præceptum etiā nostro seculo seruandum existimet.

Ante Grammaticum Aristophanem. Aristophanes Bizantius primus, Apellis ducis cuiusdā filius fuit: audiuit inter cæteros præcipue Eratosthenem, qui Cyrenensis primus Ambrosium quendam patrem habuit, in omni disciplinarū genere tam  
fuit

fuit absolutus, ut secundus Plato dicretur. Suntq; adeo huius commentaria de Astronomicis saepe à Plinio citata, de Sectis philosophorū, de re Grammatica, ac alijs quibusdam. autor Suidas.

(Ἰσοβύβας.) Præcepta breuia, argumenta quaedam, admonitiones, sic Suidas.

Qui minores septem annis essent. Cum sextum septimum ue annum attigerint, tum et pueros & puellas literatoribus tradere oportet, benignis quidem illis humanisq; qui cū gratia & animi securitate doceant, quandoquidem animi relaxatio ad uegetam corporis educationem plurimum confert. Duodecimo iam exacto anno, ad grammaticos rhetoresq; mittendi, atq; ad corporis exercitationes cogendi sunt. A decimoquarto ad primum & secundum uicesimi anni, mathematicæ sapientiæq; studio incumbant, & ad fortiores exercitationes pro corporis robore ducatur. Paulus Medicus lib. 1. rei medicæ.

Præmijs etiam quæ capit illa ætas. Declarat hoc Horatius dum scribit;

— Pueris olim dant crustula blandi

Doctores, elementa uelint ut discere prima.

Et nunquam non se fecisse gaudeat. Id est, doleat se non fecisse.

An Philippus Macedonum rex. Extat super hoc exemplo Philippi regis ad Aristotelem, cum apud Plutarchum, tum et Gellium epistola, his uerbis: Philippus Aristoteli salutem. Filium mihi scio, quod equidem dijs habeo gratiam, non perinde quia natus est, quam pro eo quod eum nasci cōtigat temporibus uiræ tuæ. Spero enim fore, ut eductus eruditusq; abs te, dignus existat et nobis & rerū istarum successione. Vale. Lib. 9. cap. 3.

At eo magis. Scilicet nō improbādus ē qui minora præcipit

Obstat hoc. Numerus & nominaliterarum.

Ductus. Figuras.

Sed quod in literis obest. Ut antea scilicet doceamus ha

bitum & nomina literarum.

Non excludat. Scilicet à ratione optima instituendi pueros.  
Eburneas. Id est, ex ebone sectas uel factas.

Tabellæ. Lignæ uel ossæ insculpi.

Vbiq;. Id est, in omni argumenti genere.

Ne hoc quidem. Scilicet rectè scribendi laborem.

Tardior stylus. Id est, consuetudo scribendi.

Syllabis nullum compendium. Id est, nulla breuis ratio discendi est syllabarum.

Temere. Id est, frequenter.

Inoffensa. Non labascens, tubans.

Suppeditare. Id est, celeritatè et cõtinuationè subministrare.

Hinc. Scilicet ex festinatione legendi.

Intermissio. Scilicet uerbi dicitur uel syllabæ.

Coniuncta. Id est, continuata.

Emendata uelocitas. Scilicet à mendis & uitijs.

Per γλωσσας) Et interpretationem linguæ secretioris familiarem intellige, & quotidianum sermonis usum, cuiusmodi esse debet, quo secretiores & sublimiores autores exponimus. risum enim mouent doctis, qui glossas eius generis scribunt, ut minori negotio autorem ipsum intelligere liceat, quàm quæ explicationis gratia sunt annotata.

Non otiosas. Id est, memoriâ dignas.

Proficiet. Id est, conferet.

Affectatæ difficultatis. Id est, dedita opera questos.

Confragosos. Cum fragore quodam sese collidentes.

χαλιποι.) Difficiles illi uersus uocantur, quorum exempla multa sunt in comoedijs ueterum Latinorum, ut Plauti: plura uero in Græcis comicis, qui choris suis maxime affectant sesquipedalia uerba: hoc est, longissima & affectatè nouitatis.

Nisi. Id est, si non.

Eximuntur. Id est, expurgantur, extorquentur.

## CAPVT III.

**A** Quibus clarissimarum ciuitatum. Vt Lycurgo Lacedæmoniorum principi & legislatori, qui statuit in republica Lacedæmoniorum, pueros erudiendos in coetu & frequentia omnium, ut est apud Xenophontem in De re publica Lacedæmoniorum.

Fugiendo turbam. Nam si grex totus in agris unius scabie cadit, quæadmodum inquit Iuuenalis, sic uniuersus adolescentium coetus unius uiciosi pueri cōtactu inficitur ac deprauatur, quod illa ætas quæcunq; uiderit aut audierit, gestiat imitari.

Qui in purpuris repit. Purpura, piscis genus est apud Plinium li. 9. capi. 36. florem illum tingendis expetium uestibus, in medijs habens faucibus liquores: hic est minimi in candida uena, unde pretiosus ille bibitur, nigrae rose colore subluces, reliquum corpus sterile.

Iam coccum intelligit. Codices Aldini cocum habet, ut uidelicet referatur ad lautitiam ciborum. Verum mihi magis aridet ex ueteribus libris coccum legere, ut ad colorē referatur uestium, propterea quod conchylum statim sequitur, et de palato institueno deinceps fit sermo. Porro coccum scribit Plinius rubens granum esse Galatiæ, aut etiam quod proueniat circa Americam Lusitanie oppidum, ubi in maxima est laude, anniculo grano languidus succus unde color colligitur, idem a quadrimo euandus: nec recenti, neque senescenti uires. Libro nono, capite quadragesimo primo.

Nam conchylum poscit. Conchylum piscis quoque est testa inclusus, cuius ferme salua colligitur, color non absimilis purpureæ, præterquam quod conchylum temperatus est et minus elucens.

Palatum. Id est, sensum gustus.

Verba ne Alexandrinis permittenda delicijs. Aegyptus, atque huius caput Alexandria, semper studiosissima fuerit.

in deliciarum, idq; maxime absorbēdis gemmis preciosissimis præstitū, adeo ut Alexandria in diuionem Romanam redacta, Romæ quoq; promiscuus ac frequens usus margaritarum sorbendarū cœperit. Porro memoratissimum exemplum luxuriæ, maxime regū Aegypti, extat apud Plinium lib. 9. capi. 35.

**Soluti. Fracti, delictis fluentes, incoerciti.**

**Si iungi utrunq; non possit. Ut scilicet domesticum & publicum præceptorem habeat.**

**Lumen. Celebritatem,**

**Tenebris. Umbraculis, domesticis institutionibus.**

**Maiore theatro se dignum putat. Id est, spectaculo, in quo uires ingenij sui explicet.**

**Præstet alicui gratia. Dignatio.**

**Taceo de positionibus. Quæ Græcè themata uocantur, quod scilicet discipulis olim uelut declamationū argumenta à præceptoribus proponerentur.**

**Declamationibus. Ficti argumenti orationibus.**

**Sit incommodum. Id est, demus enim esse id uixium incommodum.**

**Affectū. Quo scilicet iūgnur auditori familiariter amico.**

**Lāguescit. Id est, languorē cōtrahit, id est, lentū morbum.**

**Situm ducit. Id est, mucum quendam seu uliginem.**

**Proderit. Anaphora est, quādo per plura membra unum sepius uerbum repetitur.**

**Excitabitur laude æmulatio. Studium æquandi seu suaderandi aliquem.**

**Huius rei. Id est, profectus.**

**Ingens palmæ contentio. Apud Latinos scriptores, uictoriæ præmiū palma significari metaphorice solet, cuius rei causam reddi Plutarchus apud Au. Gellium lib. 3. cap. 6. quod huius arboris lignum, quantumuis pondus superponas, nō cedat, sed aduersum nuatur, incuruescatq;. unde placuerit i certaminibus ex  
hu.**

huius ramis corona. Hinc palmam dare dicimus, pro uictoriã concedere: & palmã auferre, pro eo quod est, uictorem abire.

**Non temere.** Fabius in negatiua oratione temere dicere solet, pro frequenter, cum aliã significet inconsulto & inconsiderate, ut Erasmus annotauit.

## CAPVT IIII.

**P**Ræcox ingeniorum genus. Accius tragicus poeta apud Aulum Gellium, hanc Fabij translationem confini similitudine exprimit aptissime his uerbis: Quod in pomis est, idem esse aiunt in ingenijs: quæ dura & acerba nascuntur, post sunt mæia atq; iucunda; sed quæ gignuntur statim uieta & mollia, atq; in principio sunt uiuida, non matura mox fiunt, sed putria. Relinquendum est ergo ingenijs, quod dies & ætas mitificet.

Libro 13. cap. 2.

**Stat profectus.** Id est, consistit.

**Extundit.** Id est, fragit, cõsumit, uel potest per exuscium accipi.

**Retenduntur.** Id est, reaugentur.

**Est signum alacritatis.** Id est, uiuacitatis ingenij.

**In hoc impetu.** Cupidine lusus.

**Aemulantur.** Id est, alter alterũ conatur superare, uel saltem æquare.

**Impotenter.** Id est, imperiose. nam impotens non eũ significat qui nihil possit, sed qui potẽtia sua in humiliorem abutatur. Sic tyranni sunt impotẽtes, & pueri nobiles maligna natura præditi, impotenter faciunt, dum probris uerberibusq; afficiunt pauperum & humilium liberos.

**Quãuis receptum.** Id est, in usum acceptũ seu assumptũ.

**Vapulantibus.** Id est, cum percutiuntur aut uerberantur.

**Refringit animum.** Id est, extinguit alacritatem animi.

**Tædium dicitat.** Id est, suadet.

**Obnoxiam.** Id est, expositam.

## CAPVT V.

Recte

**R**ecte loquendi scientiam. Quam partē Diomedes libro secundo ὀπίσθιν Græco uocabulo appellat, quasi tu dicas finitiuam: nimirum quòd de finitiuones et præcepta loquendi præscribat.

Poetarum enarrationem. Quam idē Diomedes ἐπιτομήν appellat: id est, expositiuam siue enarratiuam.

Recessu. Id est, in penetralibus.

Fronte. Id est, in uestibulo.

Emendata. Id est, uicis carens & mendis.

Mixtum his iudicium est. Id est, ratio prospiciendi, quid in quolibet scripti genere probandum uel refutandum sit, quid eruditum, quid uulgare, calleat, & reliqua id genus. Idcirco Marcus Varro grammatici officium his quatuor constare dicit, lectione & oratione, emendatione & iudicio. Hæc citat Diomedes ex Varrone.

Censoria uirgula. Id est, castigatoriæ quadam nota.

Notare. Id est, damnare.

In ordinem redegerint. Id est, gregarios & uulgares fecerint.

Exemerunt. Id est, eximios fecerunt, & extra ingenij aleam posuerunt. Sic apud Græcos Aristarchus Grammaticus Homeri uersus censoria uirgula iudicauit, ut alios maxime germanos Homero significauerit, appositis asteriscis, hoc est, stellulis: alios autem tanquam suppositiuos & Homero indignos, submouerit familia, id est, adscriptis obelis, id est ueribus, quæ hodie adhuc in quibusdã codicibus uideri licet. Hoc studium Origenes in re theologica non neglexit, nec eius æmulator Hieronymus, uelut indicant multæ eius præfationes in sacros libros.

Excutiendum. Id est, diligentissime euoluendum.

Ius. Autoritatē.

Nec citra musicen. Musica constat ex consensu & dissensu sonorum & uocum.

**Metris.** Dimensionibus syllabarum. Sic uertit Fabius lib. 9.

**Rhythmis.** Numeris, modulis.

**Ortu occasuq; signorū.** Astrologiam ignorare nō debet.

**Empedoclea in Græcis.** Diogenes Laertius quinque uer-  
suum milibus philosophiam ab Empedocle tractatam esse scribit.

Vnde & Aristotel. in lib. de arte poetica hūc nō tā poetis q̄ philo-  
sophis connumerat, dicēs uersus quidem esse poetæ, materiam au-  
tem naturalis philosophiæ.

**Ac Lucretium in Latinis.** Extant huius Titi Cari Lu-  
cretij sex libri de rerum natura, carmine heroico præscripti. At-  
tamen quoniam Epicuri decreta exprimit, sæpe impurus deprehē-  
ditur, ut qui animam mortalem dixit, & hoc in quinto libro.

**Præcepta sapientiæ.** Id est, rationes philosophiæ.

**Proprie.** id est, accommodatissime, rectis uocabulis.

**Copiose.** Vbertim.

**Dulcis secretorum comes.** Quod uidelicet secreta & ar-  
cana nostra licetis mandare queamus per grammaticam.

**Plus operæ.** Negotij.

## CAPVT VI.

**A** Eolicum digamma. Id est, duplex gamma Aeolū,  
qui populi sunt in Græcia.

**Medius.** Id est, utrinq; commixtus & cōfusus. Hoc  
illud est, quod Priscianus libro primo scriptū reliquit, dicens: Et ē  
et u licetæ mediæ, alternis inter se sonos uidentur confundere.

**Præter illam aspirationem.** Qua adscripta uocalibus, si-  
gnificemus eas spiritu tenui pronuntiādas, quemadmodum inter  
apices numerari suam. **Idiv,** id est, leuigationem, & ex aduerso  
**Asp idav,** aspirationem.

**Nota.** Id est, signum.

**Effectus.** Scilicet species ipsius.

**Species.** Id est, forma.

**Obliquatur.** Id est, liquidius pronuntiatur, uel obliquius red-  
di-



diur scripta, cui respondet apud Latinos c. Itaq; perspicuum est, k & q, in nostro numero redundare.

**Sinō quefuissem?** Id ē, curiose à Græcis assumpsissemus.

**Nostrarū ultima x.** Priscianus apud uetustissimos Græcos tradit & non fuisse in usu seu in numero literarum, sed postea inuentam à quibusdā, quæ ualeat quātum c & s, uel g & s. Hinc putat quod nec apud ueteres Latinos in numero fuerū literarū, sed postea à Grāmaticis inuēta, sit adhibita cæteris literis.

**Apice utebantur.** Id est, nota longæ lineæ, quam Græci uocant *μακρόν*: quæ suprascripta uocalibus, indicat eas longas esse, quod nulla scilicet in seipsam coëat.

**Litera sibi insidit.** Id est, coit in sese, prior consonans sit, alioq; coire nō possent: qua de re extat caput apud Gel. lib. 4. c. 17.

**Et e.** Diomedes de hoc studiosissimus Fabij lector inquit: Q consonans, muta ex c & u literis constās superuacua, qua utimur quando u & altera uocalis in una syllaba iungitur, ut: *Quirinus*. Nota prænominis *Quintum* significat, uem honoris *Quæstorem* indicans, nec minus *populum*, cum ea notamus *Quirites*.

**Tantum.** Solum pro tribus nostris figuris, k, s & q: Nam duas accepit pro consonantibus, ut: i & u, cum apud Græcos nulla uocalis consonantis uim habeat. Hinc est quod ipsi pronuntiant *Iacobus*, *Ioānes*, per quatuor syllabas, cum Latini eadem nomina trisyllaba iuxta rationem Hebræorum pronuntiare debeant. Sunt enim origine Hebræa, quanquam poëtæ nostri uersus gratia aliquoties Græcorum rationem imitentur, ut:

Ne laceres uersus dux Iacobe meos.

Sic *Claudianus*.

**Si uetustis operibus.** Sic in auri numismatis ueteri inscriptione *Angelus Polnianus* testatur sese spectasse *feelix*, pro *felix*, cuiusmodi sculpturam & nos in ære uidimus. Tum addit *Polnianus*, in æreo *Galbæ principis monimēto uertus* pro *uirtus*, nimirum ut per e, ultima significetur longa.

Placuisse Ciceroni. Antiquitatis scilicet gratia, q̄ (ut autor est Priscianus) geminare solebat scriptura ij posita inter duas uocales, sic Manus: quod ita accipiendum est, ut prius i cum præcedente uocali pronuntietur quoquo modo, & sequens cum sequente, ita ut utraq; ij consonantis sit loco.

Nam ut Valefii. Per mutationem s in r, cuius antiquitatis meminuit etiam Titus Liuius in tertio primæ decadis, contra hæc rationem Aeolum populorum, qui (ut tradit Corinthus de lingua rum uarietate, atq; Priscianus noster) loco aspirationis digamma Aeolicum ponebant, quos ueteres Latini in multis autores habet. Quomodo uero unaquæq; littera cum alia cognatione habeat, Cicerone in Oratore perfecto declarat, qui Burrhum & Bruges scribit ueteres dixisse, pro Pyrrhus et Phryges, nimirum quod Græcam litteram admittere nollent: ex quibus uerbis manifestum est, hoc loco Burrhus legendum esse & Bruges.

Literarum quædam cognatio. Cognatio litterarum, est affinitas quædam, qua alia in aliam transit & mutatur, uel deriuatione, uel etiam compositione, quarum exempla exhibet Fabius. Est quoq; autore Prisciano, inter m et b magna cognatio, adeo ut apud Græcos in præterito perfecto passiuo primæ coniugationis µ pro β usurpetur.

Et magister. Nimirum quod cognatio sit inter i & e uocales, adeo ut aliquoties sonos inter se confundant, quod supra admonuit Fabius.

Et Belena. Indicante Prisciano pro Helena aspirata, quam & Aeoles, quos, in multis autores habemus, Belena per digamma Aeolicum dicebant.

Vnde duellos. Ciceronis hæc sunt in Oratore perfecto, ubi sic ait: Quid uero licentius, quam quod hominum etiam nomina contraherent, quo essent aptiora? nam ut duellum bellum, & diuisis, sic Duellum eum qui Pœnos classe deuicit, Bellum nominarunt.

Slatu. Festus Pompeius fragment, 17. sic ait: Slatum nauis

est lata, parum altitudinis habens, sic dicta, quod ueteres locū stilo cum, & lines filites dicebant.

Sic ut ὁ Ἀνακράς) Corinthus autor de linguarum uarietate dicit, quod Aeoles in dictionibus multis, quæ iuxta communem linguam per o paruum scribuntur, soleant & scribere & pronuntiare ou diphthongo.

Quid o atq; permutatæ. V quoque multis Italiae populis in usu non erat, sed è contrario: unde Romanorum quoq; uetustissimi, in multis dictionibus loco eius o posuisse inueniuntur: ut publicum pro publicum, pulchrum pro pulchrum, culpam pro culpam dicentes, & Hercules pro Hercules, et maxime digamma antecedente, ut seruos pro seruus, clauos pro clauus.

Pro Διῶνι & Veïoui. Inscriptiones dedicationum templorum proculdubio spectauit Fabius de Ioue Victore. Porro ueteres Dijouem appellarunt, quem Ennius Luceciū uocat, apud Gellium lib. 5. cap. 12. nimirum qui præsit luci dieiq; & fit ad iuandum propensor. Nam & Iouem nocendi studiosum colebant, appellatum Veïouem.

## CAPVT VII.

**T**heodectes. Hic Platonis & Isocratis auditor primum fuit, ex oppido Pamphylie, Pheselū à Stephano nominatum. extitit unus ex illis, qui ad Mausoleum dicendis epithaphis & tragedijs certarunt, atq; autore Gellio, uictor abiit. Scripsit cum alijs multas comœdias, tum præcepta artis rhetorice per uersus.

Hæc uidetur ex syndesmo. Nam Græci hanc orationis partem à coniuinciendo σύνδεσμον appellarunt, siquidem σύν uerbum Græcis ligo significat & uincio, futurum eius est σύνω, unde σύνωσις uinculū dicitur. σύν aut præpositio con significat.

A philosophis maxime Stoicis. Ut à Diogene & Chrysippo, qui apud Lærtiū quinq; orationis partes numerat: Nomen, Appellationem, Verbum, Coniunctionem & Articulum.

Voca-

Vocabulum ab appellatione. Ad hanc sententiã Diogenes Babylonius ita finit nomen: Nomen est pars, inquit, orationis, significãs propriam qualitatem, ut puta Diogenes, Socrates. Appellatio uero pars orationis, significãs communem qualitãtẽ, ut homo, equus. Scaurus Grammaticus apud Diomedem uocabulum ita finit: Est, inquit, quo res nominales uocis significatiõe specie nominis enuntiamus, ut arbor, lapis, herba.

Affeuerationem. Astructionem.

Complexum esse. Id est, connexionem, complicationem.

A plerisque. Scilicet à Palemone, qui Fabij ætate uixit.

Non desiderat. Sed in contextu orationis.

*προσηγορία*) Certe quod ad uocis originem attinet, *προσηγορία* appellatio est dicenda. Nam *προσηγορία* appello significat, unde deriuatur *προσηγορία*. Sed et nomen, quod Donatus noster appellatum uocat, Græcis dicitur *προσηγορία*.

Falceatim. Per fascies.

## CAPVT VIII.

**L**iberum. Id est, iniudicatum.

Festinatione ambitiosa. Id est, arroganti.

Compendio. Id est, breuiore uia proficiscendo.

Vnde Syllæ Ludi Apollinares bello Punico primo ex libris Sybillinis primum sunt instruti, suadente Cornelio Ruso decemro, qui propterea Sibylla cognominatus est, et postea corrupto nomine primus Sylla coepit uocari. Lib. 1. cap. 20. Macrobius.

Burrhi. Burrhũ dicebant antiqui, quod modo dicimus rufum, unde rustici burrham appellant buculam, quæ rostrum habet rufum: quo modo rubens cibo ac potione ex prandio, burrus appellatur, à Græco *πύρρος*, quod igneũ colorẽ sonat. Festus Põpeius.

Galbæ. Dicti sunt a colore auicularum, quæ iam galbæ, iam galbule appellantur.

Serani. A serendo dicti sunt.

Quod non minus. Id est, quæ uoluntas discendi.

**Rufus.** A colore.

**Longus.** A proceritate corporis dicti sunt Longi.

**Vbieric.** Id est, in quibus originibus nominum.

**Plauti.** Qui a pedum planitie & latitudine dicti sunt, nimis  
rum origine Græca, qua amplius & latus πλοτύς appellatur. In-  
dicat idem alibi Festus.

**Pansæ.** Qui diuariatæ atque dispeffis sunt pedibus, proprie  
sunt dicti Pansæ, quod ueteres Latini pansum dicerent pro eo,  
quod est expassum & dilatatum.

**Scauri.** Traduntur dicti, qui eminentioribus fuerint talis.

**Agrippæ.** Sunt autore Plinio, qui præpostero partu in pe-  
des nascuntur, ab ægro partu sic appellati, id est, difficili.

**Opiter.** Qui patre mortuo & auo uiuo nascuntur.

**Cordus.** Qui sero & intempestiuo partu nascuntur. Sic Plini  
us libro 18. foenum illud autumnale & serotinum, cordum à rusti-  
cis dici admonet.

**Posthumi.** Qui post humationem patris in lucem nascuntur,  
de quo lege caput apud Au. Gellium lib. 2. capi. 16.

**Vopiscus.** Si Plinio credimus libr. 7. cap. decimo, is Vopiscus  
dicebatur, qui recenti utero nasceretur, è geminis altero interem-  
pto abortu.

**Cottæ.** Quanquam expressum certi nihil de origine Cottæ  
rum legere memini, tamen ex Suidæ uerbis rem ipsam conijcere  
propemodum licet: Is ait Cottam tam uehementes ictus facere so-  
litum tragula, ut non solum hostis pectus & latera traiceret, ue-  
rumetiam terræ adfigeret: Græca nimirum origine appellatum  
significans, qui ictus uehementiores, eodem Suida autore, νότρον  
nuncuparunt: nisi fortassis alicui uerisimilius uideatur, uocis rati-  
one à malis Cotoneis trahere, quorū studiosus fuerit, qui primus  
cognomentum hoc meruerit.

**Scipiones.** Cognominati sunt primū à quopiā, qui frequen-  
ter in gradiendo scipioni, id est baculo, innixi consueuerit.

**Lenates.** A ueste, opinor, ampla & lata dicti sunt.

**Serani.** A serendo dicti sunt.

**Casu.** Scilicet aliquo mirando.

**Hinc.** Id est, ex hac etymologia & originatione nominum.

**Marcipores.** Id est, puer (hoc est, seruus) Marci.

**Septimi casus.** Nam in Græcorum genitiuo, autore Prisci-  
ano ac Diomede, ut plurimū sexti sunt casus, id est, ablatiui. Quæ  
enim Latini efferunt per ablatiuum, Græci ut plurimum per ge-  
nitiuum. Tum autem est nis septimi casus apud nos, cum non ad-  
diur præpositio à uel ab, è uel ex, ac etiam de. Solent Græci in-  
strumentalem constructionem facere per datiuum, quemadmodū  
nos per septimum casum, uelut indicat Theodorus Gaza lib. 4.

## CAPVT IX.

**E**st etiam. Quando uidelicet uerba alioqui propemodum  
neutra, in tertia persona passiuè usurpantur, tum in pri-  
ma nō sunt in usu, neq; enim temere dicuntur, curror, & na-  
uigor, & habitor.

**Pransus quoq;.** Nam uocem passiuam indicant, & tamen  
actiuè accipiuntur.

## CAPVT X.

**D**e uirtutibus orationis. Virtus orationis ea est, qua  
Oratio honestatur, attolliturq; supra uulgi sermonem.

**Emendata.** Id est, mendis carēs, & recta gramma-  
tices regula castigata.

**Ornata.** Picturata luminibus & figuris, tam uerborū quàm  
sententiarum.

**Apte.** Accommodatè & ad rem & ad tempus dicere.

**Regula.** Ratio & amussis.

**Εὐφωνία** Vocalior sonus, felix sonitus. Ab εὐ aduerbio, quod  
in compositione semper bonitatem significat, et φωνή, quod sonum  
significat. Priscianus bonā sonoritatem interpretatur. Gellius au-  
tem iam simpliciter sonum, iam uocabiliore sonum uerit, de quo  
b s apud

apud eundem.

**Quod melius sonet.** Valerius Probus in huc modum præcipit: Si, inquit, aut uersum pangis, aut orationem solutam struis, & uerba dicenda sunt, non finitiones illas prærancidas & fortitudinas grammaticorum spectaueris: sed aurem tuam interroga, quid quo loco conueniat dicere: quod suaserit, id profecto erit rectissimum. Lib. 13. cap. 20.

**Prima barbarismi.** Vitium in singulis dictionibus contingens, barbarismus uocatur. Solœcismus, inquit Asinius apud Gellium libro quinto, capite uicesimo, est impar & incoueniens compositura partium orationis, quam uetustiores Latini strubiligine appellarunt. Asinius imparitatem uocat. Gellius certe neque barbarismi, neque solœcismi nomen apud idoneos autores reperiri dicit & antiquos. Nam, inquit, ut Βορβορον antiqui, sic & σοδοῖνον dixerunt.

**Promissor.** Allusit, nisi fallor, ad hoc Horatii:

Quid dignum tanto feret hic promissor hiatus?

**Vestibulum.** Cæcilius Gallus apud Au. Gellium libro decimo sexto, capit. 5. vestibulum esse locum uacuum ante iustum ædium ingressum dicit. sic dictum autore Sulpitio, quod olim qui dominos ædium salutandos opperirentur, eo loco consistere magna multitudine solerent.

**Persius.** Satyra quinta:

Vertentem sese frustra sectabere canthum.

**Sicut Catullus.** Quod expressit in epigrammate quodam de Aemilio hoc uersu:

Gingiuas uero Ploxi habet ueteris.

**Exponit partim incisionem capsarum, partim etiam capsam ipsam, illud prius.** Scilicet uitium barbarismi, quod scribendo fit.

**Hoc secundum.** Scilicet uitium, quod loquendo fit.

**Divisione rerum.** Quæ debent coniunctim efferri.

**Sed ut parua.** Putemus esse parua, sed quæ non sunt uulga.

ta, illudens scilicet M. Antonio.

**Mastruga.** Quem purpura regalis non commutauit, eū Sardonum mastruga mutauit. Cicero pro Scauro.

**Ruit omnia late.** Pro eruit. Vergilius.

**Rectum.** Id est, uerum: sic loquitur Cicero.

**In iactationem.** Id est, ad ostentationem.

**Adijciat literam.** Quoniam poetæ aliquoties nolint uelint necessitate cogente id genus uita in uersibus ex industria cōmittunt, quod alias uerba forsan in arctam metri legem non coirent. Sic Vergilius Religionem dixit, apposita l. litera, necessitate ductus, alioqui quum Re præpositio breuem faciat syllabam, in uersum non quadrasset hæc dictio. Sic alibi Vergilius:

Testor chara deos & te germana, tuumq;

Dulce caput, magicas inuitam accingier artes.

**Sed qdā.** Scilicet grāmatici, ut sunt Donatus & Diomedes.

**Eruditionis.** Id est, uariæ lectionis.

**Tinca Placentinus.** Meminit huius Tinca Placentini Cicero in catalogo clarorum Oratorum, ubi facetissimum hominem dicit fuisse, ut qui cum præcone Cranio dicacitate solitus fuerit certare.

**Pergula.** Locus est columnis sustentatus ante ædes, uel omnibus, uel pluribus lateribus liberæ auræ expositus, in quo deambulare ueteres solebant, hoc est, pergere, unde & nomen factū, utitur eo Plinius 38. libro.

**Metio Suffecio.** Coniecturis assequi possum, apud ueteres Metius in prima syllaba scribi solitum per æ diphthongum, & Suffecius uidem per æ in secunda. Itaq; hac ratione in datiuo dicendum fuisset Ennio, Metio Suffæcio. Sed quoniā in uersum heroicum syllaba inter duas longas posita nō ingreditur, coactus est Ennius & mutationem literarum et transmutationem facere, nā æ mutauit, posuitq; e. Et e quod ex diphthongo reliquū erat, transfudit in penultimum locum.



**Canopitarum.** Canobos, autore Strabone libro 17. solebat scribi; at Stephanus unâ cum Plinio, Canopum uocât. Est autem ciuitas, centum uiginti stadijs ab Alexandria distans, sortua nomen à Canopo quodam, qui illic sit mortuus. Ciues Canopiæ dicti sunt.

**Prælegunt.** Ad enarrandum suscipiunt.

**Venia.** Ignoscentia, quo Gellius utitur.

**Thrasimenum.** Sic legendum opinor, ut sit & literæ u mutatio in i, quomodo sæpe scriptum deprehendimus, & adsit quoq; transmutatio, id est, literarum transpositio, alioqui nõ esset, quod Fabius dicit, exemplum huic loco accommodadum. Porro loci est hoc nomen in Umbria Apuliæ regione, ubi Romani quondam in feliciter pugnarunt.

**Sisenna.** Lucius Sisenna doctus uir, & studijs optimis deditus, bene latine loquens, gnarus reipublicæ, non sine facietijs, neque laboris multi, nec satis uersatus in causis, interiectusq; inter duas ætates Hortensii & Sulpitij, nec maiorem cõsequi poterat, & minori necessum erat cedere. huius omnis facultas ex historia eius perspicui potest. Hæc Cicero in Bruto. Porro hanc historiam cum alij tum maxime citant Gellius & Priscianus.

**Assentio.** Marcus Varro lib. de lingua Latina s. ita ait: Sentior nemo dicit, & id per se nihil est, assentior tamẽ ferẽ omnes dicunt. Sisenna unus, assentio, in senatu dicebat, & eum postea multi secuti, neq; tamẽ uincere consuetudinẽ potuerunt. Hæc Varro.

**Analogiam.** Analogia est similis similibus declinatio, quam quidam Latine proportionem uocant, qua probatur ut quẽadmodum dicimus, sentio, dissentio, consentio, ita quoque simile compositum assentio dicamus. Gellius lib. 2. cap. 25.

**Verum est.** Marcus Cicero in Oratore perfecto illud uerũ appellare solet, quod regula & ratio artis præscribit: falsum aut, quod huic est contrarium.

**Pexus.** Id est, crassus.

**Pinguis.** Id est, impolius.

**Illic.** Id est, in assentio.

**Hic.** Id est, in assentior.

**Diuerſorū generū.** Scilicet & immutatione et detractiōe.

**Per numeros.** Quæcūq; cadunt sub mensurā & pondus, nō habent multitudinis numerum. Varronis regula.

**Messala.** Marcus Messala minor natu quā nos, nullo modo inops, sed non nimis ornatus genere uerborū, prudens, acutus patronis, in causis cognoscendis comportandisq; diligens, magni laboris, multæ operæ, multarū causarum. Cicero in Bruto.

**Vendicauerunt.** Id est, peculiarem sibi fecerunt.

**Similiter alia.** Scilicet multa sunt recepta.

**Nam siue est falsum.** Contra artis & analogiæ rationem usurpatum.

**Siue illud.** Scilicet assentior.

**Verum est.** Cum ratione grammatica quadrat.

**Hæc quoq; pars.** Scilicet quæ assentio dicit.

**Consensu.** Id est, consuetudine.

**Europai.** Pro Europæ quo modo Vergilius dixit:

Aulai in medio libabant pocula Bacchi.

**Musta.** Malo mulsæ legere. Octupla aqua elixa cū melle, mulsū conficit. Paulus Aegineta medicus.

**Exciderunt.** Id est, peccauerunt.

**Diuisio.** Scilicet eorum quæ debent esse coniuncta.

συνάφισιν καὶ συναλοιφῆν) Coagmentationē & collisionem.

**Italiam.** Nam in hoc uersu Vergilius primam syllabā Italiæ extendit, cum aliās sit breuis. Hoc uerium, siue hūc metaplasmm Diomedes lib. 2. ἔντασις (id est, extensionem) uocat.

**Præterea.** Hoc secundum uerium à grammaticis ueteribus ἐντολή, id est, correptio syllabæ natura λόγῳ. ἀσυσίλλω, quod contraho significat.

**Triumpi.** Politianus Miscellaneorum cap. 19. narrat à se spe

Etatum aureolum numisma, cui insculptum fuerit ad hunc modū.  
Triumpi, circa aspirationem. Inferebant aspirationem ucteres no-  
stri plerisq; uocibus uerborum firmādis roborandisq; ut sonus ea-  
rum esset uiuidior uegetiorq; qua de re nonnihil & Marcus Cice-  
ro in oratore pstringū, ex quo loco Fabius ferme hæc trāscripsit.

Qua de re. De quo immodico usu aspirationis.

Inde. Hæc quoq; ratione.

Declinato. Deriuato.

- **Accentus.** Lex accentuum apud Latinos res est perfacilis,  
modo quantitates syllabarum sint perceptæ. Nam dictio monosyl-  
laba si breuis est uel positione longa, acutum habet tenorem: sed si  
fuerit longa natura, circumflexum habebit: ut, res, spes, mas, os.  
Porro dissyllaba dictio sic moderabitur: Vtraque longa existen-  
te, uel ultima, solum est acutus accentus in penultima; ac si penul-  
tima longa natura fuerit, & ultima breuis natura, circumflecten-  
da est penultima: quod si ambæ fuerint breues, aut altera positio-  
ne longa, penultima acutum habebit. Postremo, in polysyllabis pe-  
nultima semper erit spectanda: ea si est longa, & ultima breuis,  
omni modo accentus est in ipsa penultima acutus. at si eadem hæc  
penultima natura existens longa, sequentem breuem habuerit, cir-  
cumflectetur. penultima uero breui existente, acuetur.

Tertia à fine. Id est, antepenultima.

Sonos. Scilicet corruptos uocum.

Apice. Id est, nota.

**Tenores.** Quasi tensiones, à Græco uerbo τένω, quod tendo  
significat.

Si acuitur. Scilicet tunc grauis pro acuto ponitur.

Quam. Mediam syllabam.

**Cogentes.** Coagmentantes, ut si quispiā in genitiuo autorū  
dicat, is enim penultimam, quæ debuit esse grauis, coagmentat ex  
duabus syllabis in unam, et iniuria flectit, quā contractio non con-  
ciliet circumflexum accentum, nisi altera syllabarum simplicium  
ane

ante habuerit acutū tonum, quo modo flexus tonus ex acuto et graui constat.

**Atreus.** Nomina apud Græcos in vsu desinentia, tonum habent acutum in ultima, quemadmodū testatur Theodorus in tertio et Stephanus alicubi. Iam uero autor est Diomedes in secundo artis Grammaticæ libro, Græca nomina Græcis quoque accentibus pronuntianda, sic eadem maneant literæ. Porro quæ Græci in vsu, nos in eis finimus.

**Dicere solebant.** Quum ueritas Græcæ rationis iubeat circumflecti.

**Acuto sono finiant.** Cum tamē dissyllabum uerbum nullum finiri possit acuto tono, cōcedentibus regulis, quādo illud constat, in dissyllabis semper tonum esse in priori syllaba.

**Quantum & quale.** Sensus est, quantum & quale si interrogamus per ea, erit ultima acuta: at si cōparamus, ultima graui tono est claudenda.

**Quod.** Discrimen in aduerbijs, ut in penē, fermē, ferē: ne si ultime graui enuntientur tono, putentur esse genitiui à sera fera, & poena poene.

**Conditionem.** Legitimum locum accentuum.

**Quod idem.** Ut scilicet uno accentu efferatur præpositio cum suo casuali.

**Euenit.** Id est, usu uenit.

**Positione.** Syllaba est longa positione, quando post uocalem breuem sequuntur immediate duæ consonantes: quod si hæ fuerint mutæ cum liquida, reddunt uocalem præpositam communem, ut uel corripit uel extendi possit.

**Cuius difficilior.** Scilicet legis accentuuncularum.

**Διόλουτος) Διόλουτος** & autore Corintho de linguarum uarietate, est proprietas quædam, peculiarem alicuius linguæ particularis characterem seruans. Harum præcipuas quatuor recēset Plutarchus in Homerū scribēs, Atticam, Aeolicam, Doricā, Ionicam. Caterum si quisquam omnes exactius quæreret uelut, depre-

hendet in una Græcæ linguæ differētias ferme uigintiquatuor.  
 Omnium uoce. Accentuuncula, quoniam etiam si flexa fuerit, acuta esse merito dicitur, quando flexus sonus componitur ex acuto & graui.

**Neutra.** Id est, neq; flexa neq; acuta syllaba.

**Claudet.** Dissyllabam scilicet, uel polysyllabam.

**Per sonos.** Scilicet corruptos pronuntiationis.

ἰωτακισμὸς) Autore Diomede, est quæ in pleniore sono proferatur. Addit Martianus Capella metacismum, cum uerborum coniunctio in literæ assiduitate colliditur: ut si dicas, Mammã ipsam amo, tum Martianus paulo diuersius à Diomede finit.

λαβλακισμὸς) Cum scilicet plurimum dissonet, cuius sit exemplum: Sol, luna, lucent, alba, leui, lactea. Iotacismũ, ut si enuntia crebrius geminatur: ut, Sofia in: solaris soleas sarciebat suas. Quæ si uera sunt, non uideo quid non potuerit unij loco numerari, quod tamen Fabius negat.

ἰχθυόβητας) Graciliores literarum enuntiationes, quibus usu uenit ut hæsitemus, nec queamus celeriter uerba cõtinuare, quemadmodum tradit ex Aristotele Ludouicus Cælius antiquarum lectiõnũ libro VII. Porro ἰχθὺς gracilis & tenuis dicitur, & θῆω pro mo, effero.

πλακτισμοὺς) Pinguiore & ampliores literarum pronuntiationes, quod usu uenit illis, qui præter naturã, uirilem uocem affectant. Nam πλατὺς latus & amplus.

κοιλισμὸν) A κοιλῆ, quod cauum sonat & uelut recessum, & ὀμοσπῆ, quod os oris.

**Recessu.** Id est, in faucibus ipsis.

**Nec ultima unquã.** Scilicet in polysyllabis uel dissyllabis.

**Prior.** Scilicet syllaba est acuta, ut deus.

**Neutra.** Id est, neq; flexa neq; acuta.

**Uocem.** Scilicet dissyllabam uel polysyllabam.

Per

Per sonos. Scilicet corruptos literarum.

Nationes reprehendimus. Vt Erethrienses apud Græcos scriptores male audiunt, quod asperius crebriusq; r literã enūtiant. Sic hodie ab Italis ridentur Germani, in pronuntiatione u consonantis.

<sup>ὀρθότης</sup> Id est, rectam enuntiationem. ab ὀρθός quod rectum significat, & ἔπος dictio, uerbum.

**Amaræ corticis.** Vergilius in Sileno:

Tum Phaëtoniades musto circumdat amaræ  
Corticis.

Vbi Vergilius corticem amarã in fœminino genere dixit. & in II. Georgicon:

Nam qua se medio trudent de cortice gemmæ.

Vnde recentiores Græmatici dubij generis statuūt hoc uocabulũ.

**Calūniæ.** Id est, malignæ accusationis uel interpretationis.

**Ingestu.** Palemon rhetor, cuius meminūt Suidas, cum in spectaculo esset, & uideret tragœdiam à quodam insulso agi, qui inclamans coelum, oculos & manus in terram declinauit, rursus ad uocaturus terram, oculos & manus porrexit. hoc inquam, Palemon intolerabiliter spectauit. Sic clamauit ergo: Hic etiam manu solœcismum facit, dissentiebat enim sermo à gestu corporis.

Nutu. Capitis inclinatione.

Qui plenissime. De hac re tradunt.

Cauillatione m. Id est, argutiam obijcientium.

Nunquam in solo uerbo. Scilicet quod non referatur ad aliquid aliud.

Nam id. Scilicet uirium solœcismi.

Adiectione scilicet. Scilicet alicuius uerbi.

In eo. Scilicet uerbo.

Per genera, Vt si actiuum pro passiuo ponitur.

Detractione. Vt ambulo uiam.

Aegypto uenio. Intelligitur de uel ex.

Ne hoc fecit. Ut intelligatur deesse particulam *Quidem*, ut sit, Ne hoc quidem fecit.

*Autem non habui.* Pro, non autem habui.

*Ex quo genere.* Scilicet solœcismi.

*Igitur.* Scilicet hæc particula.

*Apud alios sit.* Quod Igitur ponat in principio orationis.

*Diducunt.* Id est, secernunt.

πλειονοσμεν) Id est, abundantiam.

ελασιφiv) Defectum.

*Inuersionis.* Id est, transmutationis.

Αναστροφην) A στροφή uerto, & ἀνά per; ut,

Transstra per & remos.

ὑπερβατον) Id est, ordinis transgressionem.

*Sive controuersia est.* Scilicet quæ facit solœcismi.

*Plurima huic.* Plura habet accidentia.

*Modos.* Quos Diomedes inclinationes animi appellat.

*Formæ.* Species.

*Eorum.* Scilicet acutorum.

*Alexandriam.* Nam adiectæ sunt hic præpositiones De & In, præter rationem, quando autor est Diomedes, nominibus proprijs locorum minorum, ut urbium & uicorum, ex superfluo apponi præpositiones. Rursum propria locorum maiorum, ut regnum, præpositionem ipsam desiderat. Hæc Diomedes libro prima de Aduerbijs.

ὑπερβατον) Cuius exemplum est apud Vergiliū in 1. Aeneidos:

Tres notus abreptas in saxa latentia torquet,

Saxa uocant Itali. —

Sic enim Donatus ordinat: Tres abreptas naues notus torquet in saxa, quæ uocant Itali aras. Hæc species & à Donato & à Diomedes tropis connumerat, q̄ longissime absunt à solœcismi suspicione.

*Sex.* Scilicet Indicatiuus, Imperatiuus, Hortatiuus, Optatiuus, Coniunctiuus & Infiniuius. Adijciunt enim illi, uelut indi-

eat Diomedes, promissiuum & Subiunctiuum. Deducunt enim à  
coniunctione subiunctiuum, qua de re uide Diomedem lib. I.

In uerbi tota ratione. Ferè dicit ratione totam dualis nu-  
meri, in uerbo seruari apud Græcos non omnino uerum. Nã pri-  
ma persona dualis numeri in omnibus penè actiuis desideratur.

Rarissimus eius usus. Nam ut autor est Diomedes libro  
primo, apud uetustissimos Græcos omnino non in usu fuit nume-  
ri ratio, sed postea à curiosis quibusdam inuēta est, ita tamen, ut  
frequentius ferè usurparint antiquissimi & probatissimi scripto-  
res pluralem numerum pro duobus, quam dualem, id quod testan-  
tur uersus Homerici à Diomede citati.

Præterea. Scilicet fit solæcismus, quòd scilicet legere scri-  
psere.

Asperitatis. Quæ scilicet est in scripserunt.

Scripsere. Paulo diuersus hodie apud Ciceronem legitur ad  
hunc modum: Nec uero reprehenderim Scripsere, Scripserunt es-  
se uerius sentio. Ex quibus constat, Fabiū non tam uerba quam sen-  
tentias Ciceronis citasse, legendumq; in Fabio pro etiam, esse.

Mollicum. Mollius factum.

Tota ferè ratione. Id est, coniugatione fit.

Usus apud Græcos. Scilicet obseruatio dualis numeri in  
præterito perfecto actiuo.

E contrario. Scilicet de pluribus dicitur.

Dixere. Scilicet causas suas, id est, dixerunt patronis orato-  
ribus.

Verius. Id est, magis rationi consonum.

Comparationes. Id est, comparatiua et superlatiua.

Patrium. Scilicet nomen, ut Romanus, Thebanus.

An id improprium. Scilicet genus loquendi.

Significatione. Scilicet apta ad propositum.

Deerat. Scilicet ad perfectionem sermonis. Quanquam mē  
hi haud displicet legere hoc loco Aberrat, ut uidelicet magnum  
pecu-



peculiolum qui dicat, non compositione peccet, sed à propria uerborum significatione aberret.

In sensu. Id est, significatione impropria.

Peculiolum. Est autem peculium, autore iuriscōsulto, proprie, quod serui aut filij familias habet in solo aut supellectile, aut etiam quod per miliciam lucrifecerunt, cuius usufructum uel patres uel domini habeant.

Vt in uocabulo. Id est, quemadmodum in nomine.

In utroq; In nomine & uerbo.

Tradere. Ad perfectam doctrinam.

Externa. Peregrina uel Græca.

Eiusdem generis. Id est, eiusdem orationis partes.

Hic aut. Pro an.

Quia aliud. Id est, non.

Alterum. Id est, ne.

Vetandi. Prohibendi.

Hoc amplius. Scilicet quod maius est.

Loci. Scilicet sunt ambo.

Eo tamen intus. Scilicet si dicatur.

Comprehensionis. Compositionis.

Vnius. Scilicet particulae.

Faciem. Speciem & formam.

Tragœdia Thyestes. Per disconuenientiam generis.

Ludi Floralia. Id est, ludi instituti in honorem deæ Floræ, quam ueterum superstitione segetum florulentia præfecerat. In his ludis iuvenes ac puellæ nudi choreas ducebant, uelut indicat aliqui Macrobius in Saturnalibus.

Ac Megalesia. Ludi uero Megalesia erant, quos postea Megalenses uocabant, celebratos in honorem magnorum deorum, Iouis, Junonis et magnæ matris Cybeles, deriuato uocabulo à μεγάλος, quod magnum Græcis significat.

Interciderunt. Id est, exoleuerunt & ab usu remota sunt.

Schemata. Id est, figuræ.

Ferè. Id est, ferme.

Aliquam.

- Aliquam. Propter quam scilicet sic dicatur.  
 Per imprudentiam. Ex insperato, improuiso.  
 In eadem specie. Facie soloeisimi.  
 Quibus mares. Vt Murena, Cotta.  
 Et neutralia. Vt Glycerium.  
 In ordinem. Scilicet in præceptiones incideret.  
 In honoratam. Non illustratâ nostris præceptionibus. &c.  
 Hoc amplius. Id est, propter hoc.  
 Peregrina. Alterius linguæ.  
 Venerunt. Scilicet in usum Latine linguæ.  
 Thuscis. Populis Italiæ, ubi modo Florentia est.  
 Vectium Oratorem. Cuius etiam meminit Marcus Cice-  
 ro in Bruto.  
 Pollio Asinius Patavinitatem. Id est, unum quoddâ pe-  
 trij sermonis. Pataviû uocat hodie Padua, sub Venetorû ditione.  
 Pollionem. Fuit hic Pollio æmulus Liuji & Sallustij in hi-  
 storij scribendis, cuius æmulationis uitiâ multa sunt in Noctibus  
 Gellij, cui pleriq; adscribunt immodicas illas uerborum periodos  
 & circumlocutiones.  
 Petoritum. Genus est uehiculi apud Gellium lib. 15. capi. 10.  
 ubi plura de hoc uocabulo perstringuntur.  
 Circo. Maximo Romæ, ubi Circenses ludi agebâtur. demit-  
 tebatur enim cretata mappa ei q uicerat curru. Indicat hoc Mar-  
 tialis, inquitens:  
 Cretatam prætor cum uellet mittere mappam,  
 Prætori mappam surripit Hermogenes.  
 Hæc diuisio. Scilicet uerborum.  
 In alia. Latina.  
 Alia. Peregrina.  
 Et confessis. Manifestis, ubi nostra desunt, maxime in ex-  
 primendis magistratibus & dignitatibus Romanorum.  
 Mutuantur. Id est, mutuo assumunt.

Externa. Id est, peregrina uel Græca.

Amatorem. Affectatorem.

Ex Latina ratione. Ex forma dispositionis Latine.

Parè conueniat. Id est, deceat maiestate lingue Romane.

Potentiozem. Vberiozem quàm antè fuisset.

Alienis egere. Id est, aliena forma declinandi.

Pronunciârunt. Vetustissimi Latini.

Quia. Scilicet media syllaba producta pronuntiari.

Prima positio. Id est, nominatiuus.

Palemo. Pro Palemon.

Nec in a quidem atq; in s. Id est, in as, in qua terminatio  
ne apud Græcos declinationis sunt primæ.

Temere. Facile.

Cœlium. M. Oratorem.

Pelia. Pro Pelias.

Euthia. Pro Euthias.

Ciceronem. In libro de inuentione.

Olympo. Non hoc mirum est, quando nec Græcus quidem sermo patitur antepenultimâ acui, ultima saltem longa. Propter ea nisi fallit codex deprauatus, Fabius nosler hoc loco memoria Græcæ rationis lapsus est, quæ Olympo & tyranno plane eodè accentu efferuntur: nisi forte quis præmâ malis a Fabio spectari Atticam accētus rationem, quæ tertiâ a fine acui potest, etiam ultima longa. Quod si uerum est, aspxit Fabius ad nomina hæc Atticè scripta: hoc est, per ω in fine nominatiui, quemadmodum dicitur eadè pprietate uolunt, et in datiuo uolunt: sic genitiuus Achillis & Vlyssis, pro Achillens & Vlysseos. Græci eni ἀχιλλεύς, εὐλύσσεος declinant, & ἰσχυρός, & et inde ueteres Latini (ut uidetur in nuere Fabius) nominatiuum Achillus, Vlyssus formârunt Latina terminatione, unde fiunt Latini genitiui Vlyssi & Achilli, usurpati à Vergilio. Quâquam grammatici Latini apud Vergilium in his genitiuis annotent apocopen, id est, abscisionem ultime literæ s, ut pro Achillis, Achilli dicamus.

Græcas declinationes. Sic Diomedes post Latinas ponit  
quatuor Græcas.

Latinam rationem. Scilicet inter declinationes.

Decor. Id est, maiestas Latini sermonis.

Calypsonem. Latina scilicet ratione, in accusatiuo.

Cæsar utitur. Scilicet in libro de Analogia.

Sed autoritatem. Scilicet Cæsarum.

In cæteris. Scilicet nominibus Græcis.

Utroq; modo. Id est, utraq; ratione declinandi.

Græcam figuram. Scilicet declinandi.

Repugnantibus. Scilicet præpositiõibus.

Alioqui. Cum scilicet non repugnant.

Ut incompõsitus. Ex in & con.

Subabsurdum. Id est, aliquantulũ absurdum, uel absurdũ.

Maleficus. A male & facio.

Ex tribus. Scilicet partibus orationis diuersis.

Non concesserim. Facere compõsitum.

Cicero. Scilicet in Oratore perfecto.

Quasi luere. Id est, placamus deũ per caprum mactatũ. Luere, luare sacrificare ex iue scilicet, oue & tauro, quod Homerus cũ alibi tum Odysseũ in xtrũũũũ appellat. Quanquam enim in uocẽ sacrũ primũ dictum sit à centũ bubus immolãdis, usus tamẽ accepit tẽporis progressu pro solis aurilibus.

Incompõsitus. Nã in, diminui significatum eius uocis cũ præponitur, Per autem contraria ratione auget quæ componendi forma Fabio, ut uidetur, non placet, quam uam apud autores una aut altera uox hoc modo compõsita deprehenditur.

Repandrostrostrum. Recuruum rostrum.

Incuruicernicum pecus. Scilicet quod habeat ceruicem incuruam.

Biclinium. Locus est habens duos lectos, ex bis Latino, quod duo sonat: & uaiũ Græco, quod lectum significat.

Con.

**Contra.** Id est, ex peregrino & nostro.

**Epitogium.** Amictus quo supra togam utimur.

**Anticato.** Ex ἀντι præpositione Græca, & Cato uoce Latina. Porro Iulius Cæsar libros duos aduersus Catonem Vticensem conscriptos, Anticatones prætulauit, quemadmodum autor est Suetonius.

**Epithedium.** Vehiculi genus est in modum rhedæ, aut superior pars ipsius rhedæ: ab ἐπι quæ supra significat, & à rheda Gallico uocabulo.

**Aufugit.** Pro absugit.

**E republica.** Pro, ex republica.

**Tota.** Scilicet compositionis.

**Succedit.** Minus feliciter cadit id, quod minus succedit.

**Mirati.** Ad stuporem usq; laudamus.

κνρραύχνα) Incuruiceruicum. à κνρρὸς quod curuum significat, & αὐχὴν quod ceruicem significat, unde κνρραύχνα, id est, incuruiceruicum.

**Natura.** Impositione.

**Loco.** Vsurpatione.

**Audendum tamen aliquid.** In nouandis uocibus, & maxime illis permittit tum Cicero, tum Fabius, qui Græcos autores transferendos suscipiunt, cum uocabula iuxta Horatium Græco fonte cadant.

ὄρονετοπιλο) Nominum nouorum affectio, ad imitationem soni quem significare debet, ut est clangor tubarum.

ἀήξῃ βίος) Id est, insonuit neruus. a λήγω quod sono significat. Iliados libro 4. uterq; est locus.

**Sua.** Propria.

**Scribentibus.** Scribere est ad ingenij gloriã stylũ exercere.

**Ratione.** Regula.

**Analogia.** Id est, proportio, similis similiũ noĩm declinatio.

**Etymologia.** Ratio uocis.

Religio. Id est, timor quidā q̄ antiquis debet, siue reuerētia  
Modulatione. Mensura.

Vtroq; Vocabulo.

Quorum alterum. Rationem habet, alterum non.

Imo de stirpe. Pro de ima stirpe.

Aëriæ quò congefsero. Pro aëriꝝ palumbes. Vergiliam  
decimo Aeneidos.

Forma. Scilicet in sculpta.

Analogia præcipue. Scilicet exigū acie iudicium.

Rationem. Regulam.

Modo faciendi. Id est, iudicandi.

Repeto. Memoria recolo.

Naturam. Originationem, et ymologiam.

Simili positione. Terminatione.

Ennium, Pictoremq; Fabium. Vtrunq; antiquissimum  
annalium scriptorem.

Illud. Caput.

Positum. Id est, absolutum, & per se impositum.

Hoc. Id est, pater.

Cogat Ceres dici Cereris. Id est, tam uarij sunt genij uer-  
nominum desinētium in es, Ceres quod Cereris faci, reliqua no-  
mina in es finita cogit terminari in ris syllabā in genitiuo.

Positionis. Id est, thematis eiusdem.

Flexus. In diuersas declinationes.

Quid quo modo. Id est, quo unumquodq; nomē caderet &  
inflexeretur.

Inherent. Pertinaces sunt.

Audiuisse. Pro audijisse & scisse.

Frugi. Id est, commodus.

Nesciebamus. Scilicet, est enim ironia.

Odiolum. Durum, molestum, inconsuetum.

inphreov, Curiosum dicit, quicquid nō pertinet ad rē & opus.

*ἰσχυροῦς*) Rectam rationem loquendi.  
 Inhærendum ei. Id est, analogiæ.  
 Multum literatus. Ironia est his uocabulis iam abrogatis.  
 Adhuciat. *ἄντα* trita scilicet, *duc*, *dic*, *fac*.

Obliquis. Id est, terminatione obliquorum.  
 Ut cum ebur. Sensus est, insanire mihi uidentur, qui in nomi-  
 natiuo ebor & robor dicere uolunt, propterea quod hæc nomi-  
 na in obliquorum penultima o lueram habeant.

Et guttur. Propterea scilicet, quod nominatiuus in ur, an p  
 o, an per u declinandus esset: consuetudo certe obtinuit, ut iocur te  
 coris, femur femoris dicatur.

Quod. Scilicet præcipere. Licetiosum. Licentia plenum.

Antonius Gaiso. Nobilis græmaticus etate Ciceronis. cu-  
 ius ludu luerariu (ut testatur Macrobius) etia M. Tullius post so-  
 renses labores frequentare consueuerat, nimirum quo puerillum  
 studiorum memoriam uelut refricaret.

Marmor. Per u scilicet, et si consuetudo marmor obtinuit.

Fieri. Id est, inclinari. Affinitatem. Cognationem.

Attigi. Perstrinxi de lueris, scilicet capite s.

Positiones. Nominatiui.

Diuersas figuras. Alienas & distantes inter sese.

Quod. Id est, primis positionibus statim mutari.

Uterius. Reliqua tempora à præterito formata.

Nec præteritum refert. Sensus est, posset quispiam nobis obij-  
 cere, quod hæc uel nomina uel uerba, inclinari queant in ea, qui-  
 bus dicuntur carere, & si forte inusitata sint, huic obiectioni Fabi-  
 us tacite respodet, nihil interesse, habeat ne uerbu nulla omnino in-  
 clinata, aut prædura, id est, admodum inusitata. Neq; uero tan-  
 tillum ad rem pertinet, quod Raphaël hoc loco argutatur de mu-  
 tanda lectione.

Genitiuo singulari. Cum scilicet sit inusitatus prædurus.

Quomodo. Id est, qua ratione analogiæ uel proportionis.

**Senatus senati.** Sic & Terentius, nihil ornati, nihil tumultu, pro ornatus &c.

**Latine.** Quem admodum latinissimi scripsere & locuti sunt.

**Grammaticae loqui.** Iuxta regulas praescriptas ab ipsis grammaticis.

**Nimium.** Id est, plus satis.

**Etymologia.**  $\epsilon\tau\mu\mu$  enim Graecis uerus dicitur, &  $\lambda\omicron\gamma$  sermo uel locutio inde  $\epsilon\tau\mu\mu\lambda\omicron\gamma$  dicta est.

**Necessarium.** Id est, admodum ad rem pertinentem.

**Marcus Coelus orator.** Cuius meminit Cicero in Bruto.

**Interpretatione.** Id est, alteratione mentis, quoniam creditum ei non fuisset.

**Sedes.** Est unde ad propositam questionem argumenta trahuntur, quibus propositum nostrum probemus, & alterius refutemus. Videtur autem locus a definitione generalior esse, & sub se continere locum etymologiae, uelut speciem et partem quandam.

**Triquetram.** Id est, triangularem. huiusmodi enim figura Siciliam circumscribi cosmographi sunt auctores, & in primis Plinius libro 3. Triquetram, quod consuetudo obtinuit: triquetram, quod ratio & originatione suadet ut sit a Graeco  $\tau\omicron\delta\pi\omicron\sigma\mu\alpha$ , quod sedem et locum significat, nonnunquam & finem.

**Bruti.** Scilicet appellantur. Titus Livius Iunium primum consulem Romanum, Brutum appellatum scribit, quod metu Tarquinij Superbi ex stultitiae simulatione insidias & suspensiones cauerit, nimirum a brutis & ratione carentibus animalibus sumpto uocabulo.

**Publicolae.** Dicti sunt a Valerio consule, quod ut auctor est idem Livius primus populo Romano fasces submittebat, unde dictus est Publicola, quod populum ueluti coleret, & eius uoluntati inferiret.

**Pythici.** Unde dicti sint, equidem non memini legere me apud idoneos scriptores, opinor tamen a persuadendi facultate nomen ductum, siquidem persuasionis dea, quam Latini ueteres Suadum uocabant, a Graecis  $\pi\upsilon\theta\iota\alpha$  nuncupatur. Alij legunt Pici.



**Latium.** Dicta est pars quædam Italiæ, quod Saturnus cum tyrannidem filij Iouis fugisset, illic latuerit, cuius rei meminixit & Lactantius.

**Italia.** Si credimus M. Varroni, ab armentorum & bouum copia, quæ in ea est, nominata fuit. nam ueteres boues ἰτάλους uocabant. At Vergilius Maro uersibus indicat dictâ ab Italo duce quoque piam eius regionis. Prior etymologia est apud Gellium.

**Beneuentum.** Oppidum est Samnium, quod autore Plinio libro 3, ante Maleuentum dicebatur: sed postquam à Romanis captum esset, auspiciatione uocabulo Beneuentum dictum fuit.

**Capitolium.** Dicitur est, quod illic à fundamenti fossoribus caput humanum sit effossum. autor est Liuius lib. 1. ab Vrbe.

**Argiletum.** Appellatum scribit Festus Pompeius post Varonem, quod istuc à Mercurio occisus sit Argus. Alij ab argilla terræ genere originationem sumunt. Est autem locus sub Palatino monte.

**Eius rei.** Etymologia.

**Fatigantur.** Id est, exercentur.

**Ad ueritatem.** Id est, ad fontem.

**Inde.** Id est, studio istius rei.

**Prauis ingenij.** Si sint ingenio prauo præditi.

**Nam & hoc.** Id est, iudicare.

**Indubitata.** Scilicet sunt quam habeant etymologiam.

**Iam sit.** Id est, uera etymologia.

**Lepus.** Marcus Varro apud Gellium libro primo Noctium Atticarum, refutat hanc leporis rationem à præceptore suo Lælio traditam. asserit enim uocabulum esse priscum Græcum, quod recentiori Græcorum lingua λεπὼς, id est lepus, dicatur.

**Lusus.** Id est, schola.

**Etiam ne hominem.** Quasi dicas huminem, quam etymologiam Lactantius in lib. de Opificio comprobat; et quamquam re deatur à Fabio, habuit tamen suum fundamentum etiam in Hebræorum

orum lingua. Siquidem Hebr. ei duplici uocabulo hominem appellat: **QIN** dicunt hominē e a ratione, quia ex pulcherrima huius mundi structura non cessat deum conditorem admirari, laudare et amare, id quod ueri hominis proprium est. Alterum est **QIN**, quod autore diuo Hieronymo, hominem sonat ē terra surgentem. Inhumanum. Inciuile scilicet.

**QIN** (uocabulo) Coelibes iuuenes dici, nimirum a deorum uita sumpto uocabulo. nā **QIN** Græcis deum significat, & uī semper, quod horum castimonia perpetua sit, quanquam gentilium superstitione etiam coelum adulterijs oppleuit, ut tradit Plinius lib. 2.

In inuentione. Subtilium etymologiarum.

Agrum. Græce enim dicitur **QIN**.

Ex uocibus. Scilicet manifestum fit duci.

Vertere. Transmutare.

Tanti fuit. In tantum placuit.

Habitu. Id est, proceritate.

Etiā deriuata. Scilicet subiecerunt etymologiæ.

Arte. Etymologica.

## CAPVT XI.

**A**SSERTORES. Autores, uendicadores.

Intermissa. Scilicet aliquot temporibus.

Manifesta. Apparentia, nimium & immodicum studium antiquitatis præ se ferentia.

Affectatione. Immodico studio alicuius rei.

Vltimis. Antiquissimis.

Toper. **QIN**.

Antigerio. Valde.

Exantlare. Exhaurire, perferre. a Græcis **QIN**, quod exhaurio significat.

Prosapia. Generis series.

Saliorum. Sacerdotum duodecim, quos Numa Pompilius secundus rex Romanorum, Marti Graduo legit, qui sacra quædam carmina, picta tunica induti, per urbem salientes canerent:

unde nomen habent. Liuius libro. 1.

Consecratis. Iam dicatis in usum sacrum.

Perspicuitas. Id est, facilis intelligendi.

Quam sit uitiosa. Id est, ualde, per admirationem.

Vt nouorum. Ex nouis uocabulis maxime uetera, iam usur-  
patoria à doctissimis.

Noua. Vsu nostri seculi approbatoria.

Quid persuaserint. Quae uocabula reliquerint nobis imitanda.

Lurchabundum. Eū qui raptim & impetu uorat. Lurchonē  
enim uocamus gulosum.

Hos ludices. Cum sit foeminini generis.

Pollioni. Oratori, cuius meminisse Cicero in Bruto, qui Sallu-  
stium insectatus est, autore Gellio.

Atqui. Id est, licet.

Caelio. Oratore, cuius meminisse Cicero in Bruto.

Colos. Pro color. Alij habent collos, ut sit accusatiuus pluralis  
à collum.

Caluus persuaserit. Caluus poetae elegiographus, uel potius  
orator.

## CAPVT XII.

**C**onsuetudo. Scilicet sequendorum usu uocabulorum.  
Iudicium. Virtus quaedam ingenij, qua decernimus  
quid sequendum, quid refellendum.

Vnde enim. Scilicet sperandum.

Velli. Scilicet pilos sub alis & pudendis.

In gradus. Gradatim scindere.

Perpotare. Quod totum est mollitiei.

Reprehensione. Scilicet luxus & mollitiei.

Infederit. Persuasum sit.

Transcam. Taceam.

Theatra. Omnes spectatores, continens pro contento.

Circi. Id est, ludorum Circensium spectatores.

Omnes

Omnes barbare. Corrupte, uiciose.

## CAPVT XIII.

**I**nfra grammatici. Id est, minus est quam quod grammaticus tradere debeat.

**Malus.** Nam cum prior syllaba longam lineam superscriptam habet, arborem significat; cum autem breuē apicem & curuum ut sursum spectet, continet, significat nō bonum.

**Obrinuit.** Inter b & p postpositas literas uocalibus & consonantibus, maxime mutis prepositas, nihil ferme discriminis seruari potest, propterea quod et si diuersæ scilicet sint mutæ, genere tamen eiusdē fere potestatis, unde fit ut altera in alterā transeat.

**Immunis.** Cōpositum enim est immunis, ab in quod priuat, & munus, significatq; eum qui ab aliquo uacationem habet.

**Nam k quidem.** Ut Karthago & Kalendæ. Hæc enim atque alia quædam per solam k in ueteribus Romanorum monimentis tradit scribi Valerius Probus de literarū significatione.

**Nam illa uetustissima.** Haud dubiū est, quin hic locus miseris modis sit deprauatus. Attamen quum sensum Fabij adhuc uelut è ruinis colligere licet, nō est animus quicquam immutare. Porro sensus hic habet, quod apud Græcos quoque priscis temporibus pauciores literæ fuerint, quando ut apud nos una & eadem litera o iam longa, iam breuis est, ita quoque apud ueteres Græcos fuerit unum tantum o, quod iam extenderetur et contraheretur, quod id quoque in e usuuuisse apud Græcos testatur Theodorus Gaza lib. 3. adiectam scilicet significans.

**Prout.** Id est, iuxta quod.

**Palus.** Priore syllaba corripitur. nam perticam & uallum significat: palus paludis, locum palustrem.

**Et cum.** Etiam necessarium est.

**Nota.** Id est, apice longo uel breui.

**Pluris ne quis.** Scilicet putet genitiuum singularem esse.

**Adiectione i literæ.** Dativi omnium declinationum Græ-

carum ultimam uocalem iota habet, uel simpliciter expressam sua syllaba, uelut usu in quinta inflexione, ut βῆμα, ἑμίονοι. uel adscriptam ultimæ syllabæ, minori tamen nota, quemadmodum continetur in quatuor declinationibus prioribus, quæquam hodie non adscribitur ultimæ iota, sed subscribitur punctuli in modum ita, αἰσῖ.

Nam deriuatur à αἰσῖ(ομοί, quod prædor significat Latine.

αἰσῖ(ι) Id est, latroni.

Coniunctio. Scilicet aduersatiua.

Comitem. Id est, comitatum, societatem.

Si uero cum per q. Si esset coniunctio continuatiua uel conditionalis.

Et quotidie. Scilicet consueverunt scribendum.

Verum hæc. Scilicet discrimina.

Inter ipsas. Id est, relata sunt hæc inter ineptias.

Ratio. Veritas loquendi.

Temeci. Prisca Latina lingua temetū uinum dictum est.

Pauciores literæ. Nam tantum sexdecim fuerunt literæ, qua de re uide Plinium lib. 7. & Priscianum lib. 1.

O literæ. Scilicet uis est diuersa.

Rostrata. Quæ rostra habebat.

Interim. Aliquando.

G quoq;. Scilicet adiecta, significat ultimas syllabas.

Vesperus. Stella quæ uesperis primum apparet. Sic Marcellus Varro exponit.

Ad Accium. Poetam tragicum, cuius meminit Cellius libro 17. capite ultimo.

Græci (1) Usurpant hoc contractionem factam ex 4 breuibus syllabis in longam u, id quod usu uenit in datiuis nominum contractionum primæ rationis.

Lucilius. Scilicet in uersibus grammaticarum rerum.

Quod quidem. Scilicet discrimen seruare in scripto.

Pictai. Diues pictai uestis & auri. Vergilius IX.

In ijs-

In iisdem. Nominibus.

Primæ. Scilicet declinationis.

In hac parte. Scilicet usus diphthongi æ.

Infra. Id est, post.

Atqui. Sed.

Inscriptione. Cuiusmodi sunt figura numismatum.

Quia subiecta sibi uocal. Ratio plane nihil ualet, quãdo prius illud u non est uocalis, sed consonantis loco ponitur, quoties seipsam præcedit. unde coniectura est in seruus & ceruus, eã uocem a Fabio sentiri, quam redderent scripta per f, quod ad sonum u consonantis nonnihil flatus adijcit.

Nam &. Pronuntiamus Caius per g, quia g sonat, & per scribitur: cuius rei rationem reddi Diomedes libr. 2. quod apud uetustissimos Latinos non fuerit usus g luere, sed c tantum, quæ tertium locum in serie literarum ita occupet, quemadmodum apud Græcos quoq; γ.

Enotamus. Id est, scribimus ad discrimen aliorum.

In nota. Signo.

Generis. Id est, rationis, quæ mutata sunt consuetudine.

His. Scilicet probandis aut improbandis.

Quod. Quantum.

Depositum. Sibi commissum.

Hæc enim. Scilicet analogia, etymologia, orthographia.

Nec ipse. Scilicet puto.

CAPVT XIII.

**L**ectio. Cognitio recte loquendi.

Suspendere. Spiritum interquiescere.

Flexu. Id est, temperata uoce.

Lentius. Id est, tardius.

intelligat. Id est, intelligere oportet.

Poëtæ canere se testantur. Diuus Severinus Boëthius lib. de Musica 7. caput. 12. sic ait: Omnis uox aut οὐρηχοῖς, id est continua: aut ἀνορηχοῖς, quæ dicitur cum interuallo suspensa.

Conti

Continua ea dicitur, qua loquentes uel prosam orationem legentes, uerba percurrimus festinanti enim tunc uox, cum non herere in acutis & grauius sonis potest, sed quam uelocissime uerba percurrere expediendis sensibus, exprimendisq; sermonibus. Διόμορτον autem est ea, quam canendo suspendimus, in qua non sermonibus, sed modulis inseruimus, estq; uox ipsa tardior, & per modulandas uarietates quoddam faciens interuallum, non taciturnitatis, sed suspensae ac tardae potius cantilenae. His, ut quidam autumant, additur tertia differentia, quae medias uoces possit includere, quam Vitruuius libro de Arch. 5. capi. 4. medianam nuncupat, cum scilicet heroum poemata legimus, neq; continuo cursu ut prosam, neq; suspensam segniori; modo uocis, ut canticum.

Plasmate. ἄλλω, autore Suida, proprie summis dignis chorodas musicorum instrumentorum attingo, quo gracilior & tenuior & magis tinnula reddatur uox: iam uero foeminarum uox natura est acuta, & gracilius tinnit uirorum grauiate. Itaq; factitium illud gracilioris lectionis genus, hoc loco à Fabio damnari uidetur. Quanquam non displicet quod Raphael plasmate legendum quod Persius indicare uidetur, ubi dicit:

— Liquido cum plasmate guttur  
Mobile colluerit. —

Prætextatum. Cum nondum uirilem togam sumpsisset.

Prosopopœias. Affectiones, aut fictas personarum inductiones.

Flexum. Mutationem quandam uocis.

Tracturæ. Hausræ, sumpturæ.

Insederit. Insueuerit.

Huic rei. Scilicet uirtutibus horum poetarum intelligendis.

Interim. Id est, dum nondum uirtutes eorum potest intelligere.

Spiritum. Id est, audaciam, magnam fiduciam.

Rerum. Scilicet quae narrantur ibi apud Horatium & Vergilium.

Tragedi, ut Sophocles, Euripides.

Lyri.

**Lyrici.** Ut Pindarus, & apud nos Horatius in Odis.

**Licenter.** Per licentiam & lasciuiam.

**Elegia.** Quae à deploratione mortuorum nomen habet.

**Comata.** Caesurae, sectiones, incisiones.

**Cōrata Sotadeorū.** A praeflectione. sunt autem Trochaica crebris caesuris distincta, eo ingenio, ut eodem metro seruato, retro legi queāt, quorum autor Sotades fuit, id quod Martialis in dicat his uerbis:

Nec legis retro Sotaden cynaedum.

**Amoueantur.** Ab usu puerorum.

**In primis.** Scilicet cōferent Latini prisci scriptores.

**Plus ingenio quàm arte.** Horatius quoq; in Latinis ueribus artem desiderat & castigandi laborem, his uersibus:

Aut ignorate premii artis crimine turpi,

Et data Romanis uenia est indigna poetis.

**Circa glossemata.** Aristoteles in Poeticis libris sic inquit: Ois uox aut propria est, qua uidelicet singuli utuntur: aut est glossa, qua ceteri, hoc est, ut postea ipse exponit, heroicorum uersuum scriptores, ex quibus Aristotelis uerbis, atque etiam ex his quae ex Eustathio cū at Etymologicis, colligere licet, glossemata et glossas apud Fabiū priscas & poéticas uoces recte intelligi, quas idē Fabius iam ante, linguā secretiorē interpretatus est, & hic uoces minus usitatas appellat. Sic apud Diomedem intelligendum est glossematicū dicendi genus. Qui itaq; apud ueteres has uoces interpretabantur, in Graecorū commentarijs glossographi dicuntur.

**Atticismus.** Id est, gratissima Attici sermōis puritas, quae quemadmodum et Gellius testatur, ceteris Graecorum linguis et puritate & breuitate succulenta praestitit.

**Oeconomia.** Id est, dispensatio & distributio argumenti proprii.

**Aures.** Scilicet iudicum & auditorum.

**Respirant.** Spiritum sumunt.



Poeticis uoluptatibus. Id est, amoenis poetarū uersibus.  
Reddi. Exhiberi, expromi.

Metaplasmos. Trásformationes, ut dixi, de barbarismo  
& solœcismo.

Necessitati. Qua scilicet cogūtur sic loqui poetæ.

Artificialium. Artificij poetici.

Modis. Rationibus.

Tropos. Mutationes sermonis uulgaris p̄ aliū uenustiorē.

Schemata. Id est, habitus. Instigat. Infillat.

Certe. Id est, saltem. sæpius sic accipitur apud autores.

Didymo. Græco scriptore grammatice, cuius meminū Sui-  
das, qui & πολύτροπος & dictus est.

Vnde. Ex qua rei causa.

Deprehenduntur. Id est, opprimuntur.

Nescire. Scilicet quæ non est opus scire.

CAPVT XV.

**M**ethodicen. Id est, compendiosam præceptionem. Si-  
quidem ὁδός Græcis uiam significat, & methodos uia  
breuiusculam & magis compendiosam, quæ a publica  
qua incidere uetuit Pythagoras, per agrū declinat. unde abbrevi-  
atiores artiū præceptiones hoc uocabulo ab Aristotele intelligūt.

Succedunt. Affines & cognatæ sunt.

Modum. Scilicet argumenti.

Stylo. Id est, scripture.

Sententiæ quoque. Sententia est oratio generalem pronū-  
tiationem habens, hortans ad aliquam rem, uel deterrens, ut in il-  
lo Homérico: Non oportet per totam noctem dormire principē ui-  
rum. Hortans uero, ut in illo Theognidis Græci antiquissimi po-  
etæ: Oportet cum qui pauperiem fugere statuerit, uel latissimum  
pontum penetrare, & scopulos non horrere præcipites. Sic Pri-  
scianus transtulit, scribens de exercitatione laborum.

Et christi. Vfus, quem Græci χριστιανὸν uocant, est commemo-

ratio alicuius orationis, uel facti, uel utriusq; simul, celerem habes demonstrationē, quæ utilitatis alicuius causa plerunq; profertur, unde & nomen habet.

ἰδιολογία) Quæ Hermogenes autore Prisciano ὑποποιῶν uocat, dicitur imitatio sermonis ad mores & suppositas personas accommodata. Priscianus allocutionem interpretatur, non admodū significāter. nā ἕδος & mos & consuetudo dicitur, et λόγος & oratio.

Paraphrasi. Vberiore expositione circa eandem sententiā uerbis uenustioribus.

Tractauerit. Exercuerit.

Cuiuscunq; discendo. Cuiuscunq; exercitationis genere.

Ratio. Modus.

Forma. Habitus.

Voce. Id est, pronūtiatione, ut Demosthenes quo pacto orator factus esset maximus, interrogatus, respondit, se plus olei quam uini consumpsisse.

Crates. Philosophus Thebanus, qui auri grande pondus mari immerisit, ne ipse ab eo submergeretur.

χρῆσις) Id est, usuales.

Ratio. Causa subiunctiua aliquoties.

Narratiunculas. Id est, poetarum fabulas, quæ fictæ uero simili dispositione imaginem ueritatis exhibeant.

Cætera. Scilicet præexercitamenta.

Maioris operis. Curæ, ut operationem, laudem, refutationem, locum communem, comparisonem, descriptionem, positionem et legislationem, quæ omnia apud Græcos ante rhetorices ingressum tractantur.

Spiritus. Audaciæ & fidutiæ.

Grammaticis. Id est, grammaticorum præceptionibus.

## CAPVT XVI.

**E**ΓΚΥΚΛΟΠΑΙΔΕΙΑ) Id est, eruditionē circularem, id est, omnibus numeris perfectissimam, siquidem constat ex Geometria

d tra-

trarum disputatione, omnium figurarum circulum esse perfectissimum, utpote omnibus alijs magis capax, & neq; initium neq; finem aliquem ostendens. unde & apud Aegyptios, ueluti testatur Horus in lib. de sacris Aegyptiorum notis, aeternitatis est symbolum: tum etiam geometrae omnium figurarum rationem in circuli natura inclusam docet. Propterea nexu illu capacissimum omnium disciplinarum, cuius uel exitum uel ingressum uix deprehendas, ueteres Graeci  $\epsilon\gamma\kappa\lambda\omicron\tau\alpha\iota\delta\epsilon\lambda\omicron\varsigma$ , id est, circulare eruditionem uocant:  $\kappa\upsilon\kappa\lambda$  enim circulus, &  $\epsilon\gamma\kappa\lambda$  circularis:  $\pi\alpha\upsilon\delta\epsilon\lambda\omicron\varsigma$ , eruditio.

**Iisdem annis.** Vbi grammaticam curantur.

**Inquiunt.** Dicunt quidam rhetores delicati.

**Inducta linea.** Id est, per lineam inductam scilicet recta.

**Alij tamen legunt, data.**

**Inducta.** Scilicet duobus circulis.

**Triangula.** Carolus Bouillus libro Commentariorum geometricorum V. hoc Euclidis  $\theta\iota\omega\pi\eta\mu\alpha$  latius his uerbis exponit: Sic, inquit, datae lineae longitudinem super puncta ipsius extrema duobus circulis descriptis, eorum utraq; sectionis puncta datae lineae terminis per rectas complentur, fient super datam lineam trigoni  $\iota\sigma\theta\eta\lambda\upsilon\pi\omicron\iota$ , id est, trianguli aequilateri.

**Spatijs.** Intelligit proportionem illas sonorum,  $\delta\iota\alpha\epsilon\tau\alpha\rho\acute{\alpha}\sigma\omega\upsilon$ ,  $\delta\iota\alpha\epsilon\tau\epsilon\tau\epsilon$ ,  $\delta\iota\alpha\epsilon\tau\epsilon\tau\epsilon\tau\epsilon$ , atq; alias, de quibus e apud Boetium Sauerinum & Vitruuium lib. 4.

**Consilia** Scilicet sententia sua dicenda.

**Spatijs.** Interuallis.

**Quamlibet.** Quantumuis.

**Imaginem.** Ideam.

**Cessantis.** Deficientis.

**Ceratinæ.** Intelligit argutias illas dialecticas, quas uulgo syllogismos cornutos uocant, nimirum a captione, quam Epistolarum libro quinto Seneca ad Luciliu iocans scribit: Quod nra per.

perdidisti, habes: cornua nō perdidisti, cornua ergo habes. Memi-  
nit & Gellius in Noctibus. *κέρως* autem Græcis cornu significat:  
unde *κέρων* & cornutus. Porro crocodilias nō dissimiles capti-  
ones accipiemus, quæ ex fabula huiusmodi nomen habent: Mulier  
quædam Aegyptia, in Nili ripis ludibundum puerum à crocodi-  
lo ablatum sensit: rogat ea crocodilum ut reddere filiolum digne-  
tur. Crocodilus respondit, se reddiurum si uerum diceret. Illa au-  
tem dixit, Non mihi reddes. Quæ cōditio sanè inexplicabilis erat,  
propterea quod huius orationis ueritas ex uolūtate crocodili pen-  
deret. Indicat hoc Lucianus cum alibi, tum in Umbrarum uenditi-  
one, tribuq; argutas has nugas Chryssippo Stoico uelut parenti.  
Sed et Polittanus in Miscellaneis, capite 54. copiose & docte huc  
locum exposuit.

**Antidotum.** Quasi contra datum. Antidotus enim Græ-  
cis sonat medicamentum ex uarijs miscellis confectum, quod po-  
tissimum contra uenena datur. Siquidem *ἀντί* Græca præpositio  
contra significat, & *ἄδω*, do.

**Morbis.** Scilicet qui sunt sine uulnere.

**Vulneribus.** Quæ scilicet sunt cum carnis læsione.

**Effectibus.** Potentijs herbarum aut gemmarum.

**Quorum.** Medicamentorum & effectuum.

**Earum.** Herbarum scilicet aut gemmarum.

**Muta animalia.** Ut apes oratione carentes.

**Inimitabilem.** Quem nemo arte possit imitari.

**Vim.** Id est, facultatem recte loquendi.

**Addunt.** Scilicet ille artes.

**Disertus.** Nā disertus & eloquens apud Ciceronē & Fabiū  
nostrū differūt, ut disertus sit mediocrer eloquēs, eloquēs autē ab-  
solutus orator. Sic Antonius apud Ciceronē de Oratore primo in-  
quit, sese disertos uidisse multos, at eloquentem neminem.

**Conueniet.** Quadrabit, aut consensus erit doctissimorum.

**Arduo.** Id est, sublimi & in magna difficultate posita.

Animus. *Fiducia perficiendi. Oportet iniquū petere ut equū feratur. Vide Erasmus in Chiliadibus.*

## CAPVT XVII.

**A**Tque. Transitionē facit per Atq.; quemadmodū Marcus Tullius Cicero per At. utrunq; elegantissime.

Vel iudicio ueterū. Qui uidelicet sic statuerunt nexum esse disciplinarum, neque aliam sine alia rite haberi posse, id quod ex Platone testatur M. Tullius lib. 3 de Oratore.

Timagenes. Cuius meminuit & uitam perscribit Suidas.

Errantem. Id est, cursum suum peragentem.

Labores. Itinera.

Sic Orpheus, sic Linus. Qui carmina sua ad lyram cantabant, ab Aristotele non modo inter illos laudatos *σφόδρα* referuntur, uerum etiam theologi appellantur. Et Terentius artem poeticam alioqui musicam uocat in prologo Hecyræ. nam Orpheus, ut Suidas scribit, Aeagri et Calliopes musæ filius, fuit Linus huius discipulus, qui creationem mūdi uersibus amoene prosequutus, dicit primum Aethera à deo p̄dixisse, deinde Chaos, tertio loco Noctē, in quibus trinitatis mysteriū inesse non solum Suidas tradidit, uerum etiam nostro seculo latissime cōprobauit Reuchlinus, de uerbo mirifico tertio, tū & in Cabalística disputatione, id quod etiā Picus indicat.

Linus. Iuxta alios Mercurij & Vranicæ filius fuit, iuxta alios Amphimari et Vranicæ proles traditur. Postremo quidā Apollinis filium scribunt. qua de re uersus poëta est:

— Lino formosus Apollo.

His motibus dederunt. Illi octo cursus, in quibus eadē uis est modorum, septem efficiunt distinctos interuallis sonos, qui numerus rerum omnium ferè nodus est, quod docti homines neruis imitati atque cantibus, aperuerunt sibi rediū in hunc locum, sicut alij, qui præstantibus ingenijs in uita humana, diuina studia coluerunt. Hoc sonū oppletæ aures hominū obsurduerunt, nec est ul-

lus sensus hebetior in uobis. sicut ubi Nilus ad illa quæ  $\alpha\kappa\tau\omicron\varsigma\ \sigma\upsilon\nu\pi\alpha$  nominantur, præcipitatur ex altissimis montibus, ea gens quæ illum locum accollit, propter magnitudinem sonitus sensu audiendæ caret. Hic uero tantus est totius mundi incuatissima conuersione sonitus, ut eum aures hominum capere non possint, sicut intueri solem aduersum neqtis, eiusq; radijs acies uestra sensusq; uincitur.

Hæc Africanus ad Scipionē iuniore loquit in somnio Scipionis. Quid de philosophis. Hinc Plato ipse in Academiæ suæ uesibulo præscripsit: Nemo huc introeat  $\mu\alpha\delta\upsilon\mu\omicron\kappa\tau\omega\nu$  in pius, ut testatur Gellius libr. 1. cap. 9.

Nostri operis. Id est, rhetorici opificij.

Mundum. Octo sphaeras, orbis cœlestes.

Ratione eius. Id est, musices proportionibus.

Quæ. Scilicet rationē musices expressam orbibus cœlestibus.

Lyra. Septem suis chordis.

Concordia. Id est, consensu.

Dissimilium. Sonorum cœlestium orbium.

$\delta\pi\mu\omicron\nu\omicron\iota\omega\nu$ ) Id est, concentum quadrantem.

His motibus. Scilicet cœlestibus.

Imparibus. Inæqualibus. Plato autem singulis orbibus tribu  
i singulas Syrenes.

In Timæo. Quem scripsit de anima.

Duces maximos. Sic Achille s à Chirone iſtutus fidibus.

Frustra. Id est, sine causa.

Ciuili. Id est, sociali.

$\text{πολιτικόν}$ ) Ciuitate dignum.

Sectæ. Stoicæ disciplinæ.

Principes. Ut sunt Zeno, Chrysippus, Cleanthes.

Conspirant. Consentiunt, conniuntur.

Transeamus. Omittamus.

Aristoxenus. Musicus nobilissimus, quæ Boethius Seuerinus sæpius in suis scriptis de Musica citat.

**Sophron.** Fabularum mimicarum scriptor, ut traditur à Laertio.

**Eupolis.** Comicus Græcus, in suppositio pueri.

**Impendiorum.** Sumptuum.

**Maricas.** Persona comica.

**Pfaltis.** Præceptoribus Musices.

**In prouerbio.** Nam qui inciuiles & indocti sunt, pro-  
uerbialiter apud Græcos iam *ἄνομοι*, iam *ἄχρηστοι* dicuntur, id  
est, procul à Musarum sacris & Gratiarū. Indicauit hoc in pro-  
uerbio Erasmus.

**Numeros.** Nonnulli corpus hoc loco, atq; eius numeros in-  
telligunt, modulatos & uelut comprehensos motus, & gestus futu-  
ri oratoris. Hoc ut non negamus quadrare, ita uidetur commodi-  
us ad instrumenta musica referendo, maxime cum Fabius posita  
peculiarem disputationem de motu corporis introducat, & Musi-  
ci non sic soleant suam disciplinam diuidere.

**Diuidit.** Gellius libro 18. cap. 18. canonicæ disciplinæ rati-  
onem ex Varrone diuidit in tres partes: Rhythmon scilicet, quæ  
sit longior mensura uocis: & *μέλα*, quod altitudinem & canorē  
uocis examinet: & *μέτρον*, per quod syllabarum longarum, breuiū  
& mediocrium iunctura & modus concinens cū geometriæ prin-  
cipijs aurium mensura examinatur.

**Vtriusque enim rei.** Et corporis & uocis.

**Rationem.** Essentiam.

**Rhythmon.** Numerum.

**Canore.** Altitudine uocis.

**Ac sonis.** Id est, distinctis.

**Gestum.** Id est, decentem corporis.

**Collocatione uerborum.** Suaue sonantium & subli-  
mum suo loco.

**Flexus.** Voculationis mutationem.

**Corticis.** Id est, Lyricis carminibus, ut sunt Pindari.

Inoffensa. Decens, non collisa.

Aut non. Scilicet necessario.

Sonus. Voculatio.

Modo. Ratione.

Rerum. Variarum.

Sicut in musice. Adhibetur uarie.

Atqui. Etiam.

Flexus. Mediocris mutatio uocis.

*ἰσχυρὰ* Id est, felix gesticulatio & modulatio corporis.

Nec aliunde. Quam a Musices cognitione.

Sepositus. Peculiariter seuinctus.

Quid tam proprium musices? Scilicet quam habere curam uocis.

Præsumenda. Scilicet oratori.

Hæc pars. Cura uocis.

Musicus. Seruus, sic enim à Cicerone appellatur.

Tonarion. A tenore uel tono, quem uoci Gracchi adhiberet. abunde hoc est scriptum in Cicerone de Oratore, & Gellio.

Intendi. Vele etiam remitti crassiore uoce.

Huius utilitatis. Scilicet musices.

Sine musico. Possunt percipi.

Illos certe. Non putabim sine musica esse.

Ad lyram. Ut est Pindarus.

Hæc. Argumenta de laude musices.

Antiquitus. Ex antiquitate.

Legitimam. Iustam.

A Chirone. Qui Achillis nutritius fuit.

Committendum. Errandum, designandum, semper in malam partem.

Dubia. Ambiguae laudis.

Scenis. Theatris.

Effeminata. Emollita, fracta, dissecta, eneruata.



**Impudicis modis.** *Lasciuus modulis.*

**Minima.** *Imò maxima.*

**Excidit.** *Exculpfit, extirpauit, extinxit.*

**Psalteria.** *Psalterium, quemadmodum testatur diuus Hieronymus multis locis, instrumentū fuit, fidibus decem instructū, unde & regius Propheta psalterium decachordum celebrat. Solebat autem qui pulsabat hoc instrumentum, una quoq; incinere, id quod Græcis ψαλτήριον dicitur, à quo psaltes & psalteria scemina, quæ hoc instrumētī genere exercitata est. Hebræi nablon uocant.*

**Sambucas.** *Spadicæ recte legi hoc loco cum uetusti codices, tum uero maxime Iulius Pollux persuadet. Is enim lib. 10. capite 4. spadicæ inter instrumenta ὑποψαλτήριον, id est, quæ manu pulsantur, connumerat.*

**Nam Pythagoram.** *Qui primus omnium Musicam apud Græcos reperit.*

**In Spondeum.** *Qui uocis longitudine, grauitatem quandam præ se fert. siquidem spondeus modulus, ex more longis sonis conficitur, quemadmodum & apud poetas pes habens longas duas syllabas, spondeus dicitur.*

**Tibicina.** *Ea quæ canebat tibia.*

**Composuisse.** *Sedasse.*

**Et Chrysippus.** *In lib. de Educatione.*

**Allestationibus.** *Oblestationibus.*

**Ficta materia.** *Argumentum.*

**Ponitur.** *Loco thematis.*

**Phrygium melos.** *Genus enim est melodiæ, quod ut auctor est Lucianus, uehementiam quandam & furorem in animis audientium cõcit. Vocatur enim ab ipso φρυγίων & βροχίων, hoc est, intensum & uiolentum.*

**Præcipitia.** *Id est, præruptas rupes.*

**Quæ.** *Argumenta.*

**I**Nde. Ex geometria.

Cum sit diuifa. Hinc est, quod huius professionis princeps Euclides, equali cura etiam numerorū rationē libro geometriæ 6. tractat, quando antiquitas, ut Fabius hoc capite manifestissime indicat, geometriæ appellatione et arithmetice & astronomiam fit complexa.

**Notitia.** Quam hodie uocant arithmeticen.

**In causis.** Agendis.

**Circa summas.** Circa supputationes.

**Sed si digitorum.** Rationem digitorum inuenies in commentarijs Hieronymi ex Beda theologo transcriptam.

**Saltem.** Solum.

**Trepidat.** Hæsitat, dubitat.

**A computatione.** Numero.

**Linearis ratio.** Id est, cognitio linearis magnitudinum, quam pollicetur geometria.

**Terminis.** Scilicet agrorum.

**Lites.** Scilicet apud iudices. **Mensuris.** Spatijs.

**Ordo.** Scilicet probationum, definitionum.

**Propositarum.** Scilicet ab oratore.

**Conclusio.** Comprobatio.

**Syllogismis.** Ratiocinationibus, collectionibus.

**Ratione.** Scilicet certa.

**Fit hoc.** Scilicet ut falsa sint uerisimilia.

**Pseudographias.** Descriptiones.

**Maiora.** Quam scilicet quæ in numero concurrunt.

**Extremæ lineæ.** Circumferentiæ.

**Reprehensi.** Damnati.

**Planis.** Scilicet figuris.

**Paribus oris.** Id est, equalibus lateribus.

**Quadrata.** Plus spatij continebunt.

**Rursus quadrata triangulis.** Nā in quadratis æquilateralibus

teribus dimetiendis, latus in sese ducendum erit, siue latus per latus multiplicandum. In hoc autē quadrato, decem pedes latus constituunt: eos si multiplicaueris per decem, deprehendes aream inclusam centum esse pedum. nam decies decem, centum reddunt.

**Patere.** Extendi.

**Expeditum.** Promptum.

**Circuitus.** Circumferentia.

**Campi.** Spatij.

**Colligere.** Supputatione assequi.

**In quaque parte.** Id est, unumquodque latus supputatum.

**Extremitatis.** Circumferentiae.

**Areae.** Spatia inclusa.

**Lineis.** Scilicet aequalibus.

**Amplius.** Spatium comprehendunt.

**Per oram.** Circumferentiam.

**Intra.** In ipsa area.

**Fronte.** Id est, lateribus duobus longitudinis.

**Ex illo.** Scilicet spatio.

**Amplectuntur.** Lineae circumductae.

**Deducunt.** Detrahent partem spatij.

**Eodem circum.** Aequali circumferentia.

**Utrinq;** Ex utraque parte longitudinis.

**Singulis.** Pedibus, id est, uno tantum pede.

**Quadratos.** Scilicet pedes.

**Ducetur.** Per supputationem.

**Longitudo.** Scilicet eius.

**Centum.** In quadrato aequaliter.

**Quadrati.** Aequilateri.

**Amplitudini.** Inclusae lineis.

**Amplitudo.** Mensura.

**Planis.** Scilicet locis usu uenit.

**Soli.** Id est, loci.

**Loci.** Spatij.

**Ratio**

Rationem Machinam.

Nicias. Princeps Atheniensis, cuius meminit Thucydides i 7.

Linearibus illis. Id est, linearibus supputationibus.

De pronuntiatione. Actione.

Gestus. Decentis motus.

## CAPVT XIX.

**A** Liquid. Scilicet operæ.

Comædo. Histrioni.

Eatenus. Scilicet fiat.

In hoc. Id est, spe futuri oratoris.

Frangi Emolliri.

Vocis. Id est, representandæ.

Vernilitate. Licentia, scurrilitate, lasciuiâ.

Affectum. Dispositionem animi.

Verunq. Scilicet gestum & motum.

Modum. Id est, mensuram, præscriptionem.

Nimius. Id est, immodicus.

Excursionibus. Statione, immutatione.

In his. Scilicet rebus præstandis, ut non sit minus uultus uel manus immutatio.

Prima. Id est, optima.

Ne ars. Scilicet affectata.

Oris. Enuntiationis.

Frequens mutatio. Nam monet id Suetonius, se adolescentulo, principem quendam grammaticum alternis diebus declamare solitum, alternis disputare: tum & sese audisse memoria patrum suorum, quosdam è grammaticis statim ludo transisse in forum, atq; in numerum præstantissimorum patronorum receptos.

Qua. Id est, cuius pronuntiatione.

Demosthenes laborauit. Adeo etiam, ut altera pro altera aliquoties scribatur, ut κληρον & uel κριλον & utrunq; clibanum uel furnum significat.

Labo

**Laboramus.** In eo quod a grē prestamus.

**In faucibus.** Recessu oris.

**Puro.** Simplici, id est, in affectato.

**καταπλασόμεν** Id est, fictivum.

**Saltationis.** Id est, tripudij.

**Intercidant.** Id est, pronuntiatione pereant.

**Vt par sibi sermo sit.** Id est, ubiq; sui similis.

**Gestus.** Modulatio corporis.

**Expressa sint uerba.** Quod fiet, si accuratius primam purorum balbutiem emendauerimus, quam inolitam uidemus perti-

nacissime durare in omnem uitam.

**Oris inanitate.** Hiatu.

**Recta facies.** Erecta statura.

**Distendat.** Diducat.

**RICT<sup>o</sup>.** Rima oris, scilicet subducēdis aut diducēdis supercilijs.

**Vt rolibet.** In utranq; partem.

**Pluribus generibus.** Id est, multis modis uocis intendēde.

**In his rebus.** Scilicet diducēdis aut subducēdis supercilijs.

**Momentum.** Ingens pondus.

**Flexus.** Immutatio uocis & concentus.

**Debet etiam docere comcedus.** Cuius rei exēpla sunt copiosa apud Terentium in Andria. Narrationis, in scena omniū prima: suasionis, scena tertia actus tertij, & secunda quinti actus: commiserationis, scena ultima primi actus.

**Palæstricis uacauerint.** Luctūdi exercitationibus.

**In oleo.** Quo scilicet se ungebant decertaturi.

**Ad hoc.** Scilicet propositum.

**Pars in uino.** Nam non nisi ebriij luctabantur.

**Mentem.** Id est, subtilitatem mentis.

**Non indignandum.** Id est, non de dignentur discere.

**Chironomia.** Id est, lex manuum. Nam *χώρα* & *Græcis* le-

gem significat, & *χείρ*, p & manum.

Heroicis. Priscis, accepimus à Xenophonte in libro de legibus Lacedæmoniorum. Porro saltationem hanc opinor esse, quam Iulius Pollux lib. 4. cap. 14. Ἀποδίσχυ uocat, additq; Laconicam esse, nimirum sic appellatam, decenti & apta glomerãdorum pedũ duplicatione.

Crassi. Scilicet argumento sunt.

Armis. Exercitatione militari.

Retinebitur. Scilicet usus palestricus.

Saltationis. Id est, tripudij.

Exercitatione puerili. Scilicet saltãdi, luctãdi, digladiãdi.

Id agentes. Quærentes.

Persequatur. Comitetur.

CAPVT XX.

**N**egant. Scilicet omnia posse tradi & percipi.

Dies. Quo scilicet hæc omnia possent tradi & distribui, qui dies inquam sit partitus in horas.

Hoc. Id est, tot labores.

Agilis. Sequax.

Citharœdi. Qui canunt ad citharam.

Flexibus. Permutationibus.

Probant. Aestimant.

Temporum. Scilicet gradienda.

Deprehensi. Oppressi rerum dicendarum numero.

Electio uerborum. Enuntiationem notat.

Stylus. Exercitatio scribendi.

Recentes. Instructi.

Obtundi. Enecari, hebetari frequenti iteratione.

Et ut semel finiam. Scilicet ea absurda quæ sequantur.

Colant. Curent.

Rationibus domesticis. Curis familiaribus.

Diu. Scilicet idem.

Nonitijs seruis. Barbaris, recens emptis.

Obdu-

Obdurerunt. Callum obdixerunt.

παιδομαθίς) A pueris eruditus. à παις, δὲ, quod puerum significat, & μαθίω discō, erudior.

Tempus. Infantiae.

Continui. Assidui.

Grauant. Scilicet proprio pondere.

Sed Id est, quia.

Metiuntur. Id est, aestimant pueri per meditationem.

Fatigatio. Quae ab alio scilicet induciuntur.

Sensus. Scilicet addiscentis.

Cogitatio. Qua nos ipsi urgemur ad disciplinas suscipiendas, cum scilicet adultior factus.

Succisiva. Id est, extraordinaria.

Consumi. Consensescere.

His artibus. Mathematicis disciplinis.

Moduletur. Modulos musicos componet.

Notis. Signis musicorum.

Opera. Opificia.

Nec saltatorē. Qua de re uide Cellium lib. 1. cap. 5.

Suppeditabit. Id est, suppetet.

Emicuit. Excelluit.

Athenæ. Excultrices omnium disciplinarum.

Præteximus. Obtendimus.

Pythagoreorum. Disciplinarum, quae numeris constabāt.

Operis. Rhetorici opificij.

Vsum. Aduocandi & patrocimandi.

Sordidum. Sordidis hominibus dignum.

His disciplinis. Liberalibus.

Acquirant. Lucra.

Sordide. Inhoneste.

Quid studia referant. Id est, quantum opum.

Aduocationum. Patrocimiorum.

Specta.

Spectaculis. Inanibus rebus spectandis.  
 Ineruditis. Incivilibus.  
 Voluptatibus. Id est, eas potissimum, quas ex gusu & ta-  
 ctu concipit, de quibus uide Gellium lib. 19. cap. 2.

# PETRI

MOSELLANI PROTEGENSIS, IN  
 SECVNDVM LIBRVM MAR-  
 ci Fabij Quintiliani, Annotationes.

## CAPVT I.



Atio. Rectus modus instituendi.  
 Eius rei. Eius institutionis.  
 Alienas. Rhetorum partes.  
 Declamare. Fictas causas exercēdi gra-  
 tia agere.  
 Idq;. Scilicet facere, dicūt sui officij esse.

Materias. Causas.  
 Iudiciales. In quibus iudicis sententia expetitur.  
 Cætera. Id est, materias laudatiuas et unuperatiuas.  
 Satis. Scilicet sibi esse.  
 Derelicta. Posthabita.  
 Nomine. Causa.  
 Gratia quoq; his. Quod scilicet rem desertam non dedignā  
 ti sunt excipere.  
 Prosopopœias. Personarū fictiones.  
 Irrumpunt. Id est, insiliunt.  
 Opera. Officia suadendi & dissuadendi.  
 Debita. Destinata.  
 Subsidiat. Subherent.

Rhetor



Rhetoricen. Narrando, suadendo, dissuadendo, pronuntiando &c.

**Proiecta. Progressa.**

**Literaturam uocauerunt.** Vnde etiam grammaticos ueteres, literatos uulgo appellarunt, ut ex Cornelio Nepote citat Suetonius Traquillus in libro De claris grammaticis, quo loco & haec addit: Veteres, inquit, grammatici & rhetorica docebant, ac multorum de utraq; re commentarij feruntur: secundum quam consuetudinem posteriores quoq; existimo, quanquam iam discretis professionibus, nihilominus uel retinuisse, uel instituisse & ipsos quaedam genera institutionum ad eloquentiam praeparandam, ut problemata, periphrases, elocutiones, ethologias, atq; alia hoc genus, ne scilicet ficci omnino atque aridi pueri rhetoribus traderentur, quae quidem omni iam uideo desidia quorundam & infantia, non enim fastidio putem. Suetonius.

**Paupertate.** Quae scilicet literis debet contineri.

**Constitere.** Permansere.

**Primi illi.** Ut sunt Crates Mallotes &c.

**Vis eloquendi.** Nam Graecis *ἔνδοξος*, eloquor dicitur.

**Detrectet.** Non abneget.

**Opere.** Officio.

**Effecerit.** Profecerit, promouerit.

**Rudimenta.** Praeexercitamenta.

Ut theses dicerent. Thesis est deliberatio aliqua, rationis usu probata, de negotio aliquo quod in consilium uenerit: ut, num ducenda sit uxor, an bellum suscipiendum, an muri renouandi, atq; id genus alia, de quibus solebant contendere.

Indignissimum) *Absurdissimum.*

Orationis) *Eloquentiæ.*

Fraude) *Dolo.*

Pro falsis. *In defensionem causas falsas habentibus.*

Comici ueteres. *Græci quorum est princeps Aristophanes, qui à quibusdam Socratis accusatoribus ingenti pecunia persuasus, in calumniam Socratis totam scripsit comœdiam, cui titulus, Nebulæ, in qua Socrates nubes, atq; id genus alia deos facit, & profitetur.*

Meliorem facere quis possit. *Quam professionem & Protagoræ tribuit A. Gellius li. 5. cap. 3. sicut et Laërtius.*

Græcorum. *Vt Periclis, qui eloquentiæ uiribus fretus, ty*

rannidem in Athenienses, alioqui liberos exercuerit, et de Romanis Gracchis duobus.

Gracchi) Sic Cicero in personis Quinti Scaevola ad Crassum loquitur lib. 1. de Oratore: Sempronius, inquit, Gracchus, homo prudens & grauis, haudquaquam eloquens, & saepe alius, & Censor salutis Reipublicae fuit: At eius filij Tiberius & Caius, omnibus uel naturae, uel doctrinae praesidijs ad dicendum parati, cum ciuitatem patrio consilio, uel auis armis fortissimam accepissent, ista praecleara ut tu ais ciuitatum gubernatrice eloquentia rempublicam dissipauerunt, unde alibi Cicero optat eandem fuisse in administranda republica mentem ipsorum, quanta fuit uis in utroque dicendi.

C. Flaminius) Flaminius consul, homo temerarius, contra auspicia profectus, signis militaribus, quae tolli non poterant effossis, & ab equo quem conscenderat, in caput deuolutus, infidijs ad Hannibalem, circumuentus, & seipsum et pulcherrimum perdidit exercitum, apud Thrasymenum lacum, auctor est Liuius XXI. lib.

Similia) Meliorem causam peiorem facere, & ediuerso.

His) iam dictis argumentis.

Adijciunt) Aduersarij.

Status) Conditionis.

Eoq) Propterea adijciunt.

Expulsam) Legibus Lycurgi eorum principis, uel ut testatur Xenophō in lib. quō scripsit de republica Lacedaemoniorū.

Vbi) In quibus Athenis.

Affectus) Iudicem ad misericordiam, iram, inuidiam, atq; id genus alia concitare, quod, ut scribit Aristoteles Rhetoricorum lib. 1. in iudice affectus mouere ad causam non pertinet, et multo minus ad actorem, cuius officium saltem sit, fidē facere, aliquid factum esse, uel non factum, futurum, aut non futurum: sed reus ipse misericordiane dignior, an supplicio sit, id toto arbitrio iudicis relinquendum statuit: Quare laudat uehementer eas resp. in quibus legibus cauetur iudicem affectibus peruer-

peruerrere, tractatq; hanc quæstionem doctissime, prudentissimeq; unde pleraq; excerptis in lectiões suas Ludouicus Cælius, libro nono, cap. 13.

Quæ quidem) Id est, quæ ratio.

Si procedit) Quod uidelicet ab utentium uitio damnandæ sint artes.

Dux) Scilicet fuit Gracchi tribuni plebis, qui cum plebem legibus agrarijs contra senatores commouisset, a senatu interfectus est. Porro seditiosum Saturnini tribunatum coercuit C. Rabirius autoribus patribus, uelut testat Suetonius in Cæsare, & M. Cicero in Bruto.

Glaucix magistratus) post natos homines improbissimus exitiū C. Serulius Glaucia:is prætor eodem die, quo Saturninus Tribunus plebis, publ. ce est interfectus, num plebem contra patres armaret.

valetudinis) Aduersæ.

Procumbunt) Procidunt.

Excudatur) Fabricetur.

Deformem) Pudendam.

Diremisset) Resecuisset.

Pyrrhi pacem) Pyrrhus rex Epirotarum, rei militaris expertissimus, cum traiecto exercitu in Italiam magnis cladibus Romanos iam affecisset, iniquis & duris conditionibus Romanis pacem proposuit, quam illi cum parum absuisset quin acciperent, Appius Cæcus tum lecto grauius decumbens, sese in Curiam deportari iussit, ac ibi dicendi uiribus Pactam Pyrrhi pacem disuasit atq; diremit.

Solem, lunamq; ) Subindicat hoc loco Fabius noster quorundam Platoniorum sententiam, qui etiã animalia quædam stantebant immortalia, ut solem & lunam & reliquas stellas. Verum hanc sententiam, quanquam forsitan parum intellectã, Aristoteles pariter & theologi refutant, decernentes omnia animalia esse mortalia, nec stellis, aut mûdo etiam ipsi aliquid

animalia esse mortalia, nec stellis, aut mundo etiam ipsi aliquid animæ inesse. Sed hæc altioris sunt disputationis.

Aspernamur. Hac ratione.

Contra agrarias. Leges agrariæ erant, quibus decernebatur agros ex hoste captos populo uiritim per triumuiros distribui debere. Hæc leges subinde à Tribunis plebis promulgabantur: sed M. Cicero in contrarium tanta grauitate orare solebat, ut etiã eis ipsis actionibus, populi fauore emeritus fuerit.

Popularis. Grata populo.

Catilinæ. Coniurantis contra remp.

Toga. Orando in foro.

Supplicationes. Gratiarum actiones diuis faciendas.

Honor. Supplicationum faciendarum pro aliquo.

Oratoribus dignitas. Nam post imperatoriam dignitatem, ut indicat Cicero in Bruto, orator summam dignitatem obtinebat. Vnde Cicero ibidem de Seruio Sulpicio Iurisconsultorum optimo, detrectante officium oratoris, sic scribit: Maluit enim in secunda arte, hoc est iuris ciuilibus prudentia, esse primus, quam in prima, hoc est, oratoria facultate secundus.

Aliter. Non alia arte.

Populus. Coetus.

Commota. Persuasa.

Astringerent. Obnoxios facerent.

Claritas. Fulgor: hoc idem de uarietate diuina Lactatius lib. 1. Inst. & Augustinus lib. 4. de doctrina Christiana.

Quæruntur. In dubio sunt.

Summam. Finem.

Persuadendi. Qualicumque opere intelligendi.

Obuio. In promptu, in procinctu.

Rationem. Principalem.

Fulgurare. Oratione: Sic enim Aristophanes Comicus de Pericle dicit: Fulgurabat, ac tonabat. & dicendo uniuersam

Commouit Græciam: Cuius rei mentionem facit erudite Plinius iunior Epistolarum libro primo, ferme in fine.

Socios. Communes possessores.

Quod. Promere posse loquendo, quod in animo habeas.

Quandam. Etiam non perfectam.

Moliri. Extruere, conari.

Texere. Continuare.

Fœtus. Pullos.

Excludere. Incubando.

Quantulum adiuuat. Parum admodum.

Cultu. Exornatione.

Parte. Negotiorum.

Amicos. Ab incurso aduersariorum.

Intellectu. Opinione omnium hominum.

Pericli. Principi Atheniensium.

## CAPVT

## XVIII.

Inis) Scilicet disputationis.

**F** Expatari. Ab instructo digredi.

Voluptati) Ingenio meo.

Quod) Rhetoricen esse artem.

Dicat) Primo libro Rhetoricorum.

Studijs. Affectibus proprijs.

Stoici. Vt Chrysippus.

Peripaterici. Vt Aristoteles, & Demoritus et Phalereus.

Tracrandam. Disputatione excutiendam.

Exercere. Periclitari.

Polycratem. Rhetorem.

Busyrim. Tyrannum Aegypti, qui homines ad aram martare consueuerat.

Clytemnestram. Adulteram uxorem Agamemnonis, quæ in mariti necem cum Aegystho conspirauerat, quam & perfecit, ut testatur Homerus cum alibi, tum Odyss. lib. primo.

Socratem. Integerrimæ ac laudatissimæ uixæ uirum.

Naturalem A natura insitam.

Quod. Rhetoricen esse obseruationem.



Antonius.) Vt seruiatur personæ decoro.

Disimulator.) Negauit se artem didicisse.

Opinionem.) Quod non sit ars rhetorica.

Deprecentur) Precibus mala auertere conentur.

Cauillationes) Falsas reprehensiones.

Fiat) Oriatur.

Semper) Omni seculorum memoria.

Thysiam & Coraca) primos præceptores artis, bene dicendi.

Orationem) Artificiofam.

Huius rei) Eloquentiæ.

Laboramus) Solicite perquirimus.

Præceptorē Phœnicem) Adhibitum Achilli illustrādo.

Oratores) Vt Nestorem Pylorum principem, cui mediū et temperatum genus dicendi attribuit Homerus, si sistatur iudicio Ciceronis, & Fabij in 10.

In tribus ducibus) Menelao, cui tenue attribuitur flum orationis: & Vlyssi, cuius orationem hybernis niuibus, copia scilicet & facū similem Poëta, Iliados 3. etiam si in primo ex Nestoris ore melle dulcior fluit oratio

Iuuenes) Græcos quod in 14. Iliad. Homerus habet, ubi in funere Periclis statuitur eloquentiæ præmium iuuenibus.

Achillis) Apud Homerum libro 16.

Consummauerit) Perfecerit.

Initia) Omnium artium semina, quæ natura indua esse præbat fufius Plato multis rationibus in Memnone.

Salubrium) Rerum naturalium.

Contrariorum) Insalubrium.

Experimentis) Id est, usu, unde Plinius: Sunt eius generis medici, qui ab experimentis, quibus totam artem tribuebant ἰμπίριους nominarunt, id est, experimentorum professores.

Deligauit) Id est, Ligatura demulfit, curauit.

Febris) A febrile prisca uoce, id est, feruere.



Multa) Argumenta.

Critolaus) Philosophus, Peripateticus cuius Laërtius meminit.

Agnon) Scriptor, cuius Suidas meminit.

Fidem) Ipse se indignum fide, & suspectum reddidit.

Epicuro) Contra Rhetoricam sentiente.

Hi) Rhodius, Epicurus, Agnon.

Locis) Sedibus dialecticis argumentorum.

In infinitum) Ne non sit finis huius disputationis.

Ex materia) Subiecta.

Aiunt) Aduersarij nostri.

Quæ) Opinio.

veris) Quæ tantum facere debebunt quantum uera.

Sibi ipsi) Scilicet uerum quod falsum est.

Falsis.) Verorum causa.

Inclusus) Circumseptus inter oppidum Casilinum & Caliculum montem, ut narrat historiam Liuius libro tertio tertie Decadæ.

Sarmentis) Romanis.

Montes) In Caliculum, supra quem præsidium Romanorum erat, & hoc stratagemate Hannibal cœpit.

Habuit) Quod scilicet mulier esset.

Falsam) Fallitur.

Offudisse) Imposuisse, & falsum pro uero obtulisse.

In causa Cluentij) Aulus Cluentius ueneficij reuerat.

Recessisse) Causa esse.

Aiunt) Accusatores rhetoricæ artis.

Finem. Benedicere esse rhetoricæ artis.

Eventum) In alea fortunæ.

Notum) Prouerbum, Erasmus in Prouerbijs & hoc inter adagia recenset, putatq; Hemistichium esse ex ueteri quopiam poeta, sed ignoto, est certe mensura dimidiati Heroici: dum clauum rectum teneam, modo officio meo fungar.

- Petit) Spectat potissimum.  
 Vim. Immodicam poenam.  
 Summam. Finem.  
 Rationem. Iuxta præscripta artis.  
 Excidet. Abierit.  
 Actu. Diligenti actione.  
 Effectum. Persuasionis.  
 Illud. Argumentum.  
 Artes. Expertos.  
 Finem. Scilicet suum.  
 Nescire. Quando scilicet consecuta suum finem sit.  
 Quorum. Scilicet falsum dicere, & affectus mouere.  
 Ratione. Id est, cū salutare est illis apud quos fit, sic Ora-  
 tor causam pietatis agens, in adiutoribus mouerit affectus, sci-  
 licet odium peccatorum, & amorem uirtutis, profecto in omni  
 laude dignus, nedum non turpis erit.  
 Concessum. A Platone in libro de mendacio.  
 Aliquando. Cum salutare est his, quorum gratia menda-  
 cium dicimus, sic enim sentit Plato, & hanc opinionem etiam  
 Origenes in Omelijs editis in epistolam Pauli ad Galatas se-  
 quitur: Et Hieronymus hac parte Origenem sectatus, etiam in  
 Petro & Paulo mendacium, hoc est, simulationem & dissimu-  
 lationem interpretatur eo loco Pauli, ubi legalium ciborum  
 gratia ipse Paulus sese restitisse in faciem Petro dicit: Quan-  
 quam Augustinus ex huius questionis occasione contentione  
 penè cum Hieronymi clauo repercussus, postea destitit, uelut  
 indicant epistola supra hac re ab utroque scriptæ.  
 Aequitatem. Sententiæ proferendæ.  
 Imperiti. Iudices causarum.  
 In hoc. Propter hoc.  
 Fallenti. Salubri mendacio.  
 Mihi. Oraturo.

**Concilium**) Cætus senatorum.

**Inuidia**) Apud iudices.

**Præsumpta**) Vel bona de malo, uel mala de bono.

**Eloquētix**) Arti ipsi.

**Mobiles**) Instabiles profunt, siue falsa siue uera.

**Ex eo**) Loco scilicet. **Hæc**) Scilicet dicunt.

**Dicenda**) In oratione.

**Per hoc**) Non erit rhetorica.

**Utraque**) Hæc argumenta.

**Propositis**) Argumentis. **Illæ**) Rhetorica.

**Componuntur**) Contendunt, committuntur.

**Ars**) Digladiandi scilicet. armorum erit scientia.

**Componitur**) Committitur.

**Naualibus**) Naumachijs.

**Imperatoria**) Erit ars: nam duobus apud iudicem contentibus oratione, cum alter persuadet, opus & finem suū consequitur, etiam si aduersarius ad hunc finem nō pertingat: nō ergo est sibi cōtraria, cum per eam alter persuadeat, alter nō, nam hic defectus non artis ipsius, sed eius qui non plene didicisset, aut arte abuteretur, quærentur ab utroq; credibile saltem, quoniam contraria Philosophis autoribus quæ sunt eodē genere posita, maxime distant: ut sub colore album & nigrum contraria sunt, quoniam maxime distant, & æqualiter sub genere collocantur: flauum autē & album non sunt contraria, quod non maxime distent.

**Frequentissime**) Defendenda sit.

**Sciuntur**) Certissime teneantur per causas.

**Opinione**) Quæ iam falsa, iam uera est, & iudices nesciant an sint certa.

**Nihil**) Pertinet. **Ignem**) Vt Heraclitus

**Aquam**) Vt Thales.

**Quatuor elementa**) Vt Empedocles.

**Nec sciunt**) Ant sint uera quæ dicunt.

- Insecabilia) Atomos, ut Democritus & Anaxagoras.  
 Res) Naturales.  
 Distantias) Interualla, ut Astrologi.  
 Terræ) Vt Cosmographi.  
 Probationum) Argumentorum.  
 Sed) Obiectio.  
 Verisimilia) Quoniã eiusdẽ facultatis est ferè quæ sunt  
 vera, & quæ uerisimilia, autore Aristotele, 2. Ethicorum.  
 Cleanthes) Philosophus Stoicus, locum à definitione  
 Nihil non) Omnia.  
 Inspectione) Contemplatione.  
 Ab ea) Dialectica, ut testatur Aristoteles in libris Rhetori-  
 corum, ubi utriq; eandem materiã assignat, nempe res omnes,  
 & nihil determinatum, imò addit quod Rhetorice cū Dialecti-  
 ca conuertatur, & recurrat, quod & Zeno indicauit cum di-  
 xit: Dialecticẽ & Rhetoricẽ utranq; esse manum, sed Rhe-  
 toricẽ uelut extensam, Dialecticam autem uelut clausam, ut  
 citat in Bruto.

## CAPVT XIX.

- Estimatione) iudicio.  
 Astrologia), Ratio tractans motus & interualla sy-  
 derum.  
 Actum) Corporis. Intellectu.) Intelligentia.  
 Rei) Syderum coeli, quæ artium ratio θεωρητικὴ, contem-  
 platiua, à θεωρεῖν diuino, contemplor.  
 Agendo) Consistunt. Hoc) Agendo.  
 πρακτικὴ) Actiua, effectiua, à πράττω, ago.  
 Effectu) Consistunt elaboratione.  
 Operis) Scilicet sui. Quod) Opus.  
 Finem) Artis. Poëticen) Factiuam.  
 Qualis) Cuiusmodi, cuius generis. Hoc) Opus  
 Ita) Quod scilicet actiua, sit scientia.  
 Cæteris.) Effectiuis ac factiuis.

Res) Rhetorica.

Impeditus) Orando.

Medicus) Defini esse.

Secretis) Domesticis, priuatis, quæ ad solem non feruntur.

Pura) Syncera propter conscientiam.

Actiuæ. Vnæ effectiuæ.

Opus) Conscribendarum historiarum.

Ex tribus) Contemplatiua, actiua, effectiua.

Vlus) Vtilitas.

Hoc) Administratiua.

Rei) Artis actiuæ.

## CAPVT XX.

Q Vari. Dubitari uulgo.

Conferat. Momentum adferat.

Quod. Scilicet disputare, inquirere.

Vtrog. Et naturæ felicitate, &amp; doctrinæ cura.

Referre. Interesse.

Hoc loco. Quomodo interpretamur hanc questionem.

Virilibet. Vel naturæ uel doctrinæ præceptioni.

Alteram. Si consideres naturam,

Per se. Sine doctrina.

Valebit. Efficiet.

Doctrina. Præceptione.

Natura. Felici.

Ex pari. Aequaliter a se simul aestimentur per se priuata cul-  
tore.Praxiteles) Nobilis statuarius, cuius meminit Plinius libro  
34. cap. 8.

Rude) Inelaboratum.

Parium marmor) Aduectum ex Paro insula, de quo mar-  
more uide Plinium lib. 36.

Idem) Marmor.

Expolisset) Exculpisset.

Plus) Scilicet ingenij.

Natura) Hominis.

Fingitur) Excolitur.

Materia) Subiecta.

Precium) Aestimatio.

Summa) Insculpta materie.

## CAPVT

## XXI.

Medijs

**M**Edijs) Quibus quispiam abuti potest: Sola enim virtute ipsa abuti non possumus, alijs omnibus rebus secus: Aristoteles libro tertio poliucoru m; & primorhetoricorum.

Secus) Inutiles.

Virtus) Qua nemo abuti potest.

Compluribus) Vt Phalereo Demetrio:

Illud) Genus facultatis.

Ratione) Certo modo artis.

Sine literis) Sine cæteris artibus, liberalibus, citra quas nõ constat ars dicendi.

Fames) Paupertas rerum.

κακοτεχνοια) Malam artem.

Multos) Id quod Cicero in Gracchis vsuuenisse demonstrat, quorum eloquentia in id fueru comparata, ut reipub. maioru consilijs, magis felicibus quam eruditis stabilitam, euerterent. Adde etiam quod flagitiosissimus quisq; olim eo bono magis magisq; polluit, ut testantur historie Rom.

In acum) Foramen acus.

Sine frustratione) Iactu non fallente.

His ergo) Inutilem operam anxie in res non ita magni momenti collocantibus.

Dissimilimas veritati) Cum longe secus ex rhetorum præceptis agere conueniat: quibus enim modis assequemur; ut ueras causas, atq; ob id serias cum dignitate tractemus, nisi antea circa declamationes ueluti tyrocinia exuerimus?

Instituere conamur) ab ipsis inueniabilis.

Bono viro conuenit) Inter dicaciam atq; et eam quam Salustius loquentiam, et eloquentiam Fabius uel maxime inter esse existimat, quod prior illa in Catilinas, aut si qui sunt magis pestilentes, cadat: Altera uero, quæ uirtutis nomine censentur, non nisi in bonum uirum.

Philosophi) Quib; peculiare est res introspicere et uerbis de



de ijs non quibuslibet, sed ex præscripto loqui: cū oratori interrim liberum sit suis uti pigmentis, remq; tanquam diguo obiter ostendisse.

Consonare sibi) Vix est quod grauis uiri, qui idē sapiēs uideri uelit, dignitati æque repugnat, ac dictorū factorumq; inconstantia, adeo ut inuenias qui experiundorum animorū causa non alia censura utantur, q̄ si perpetuus sit quidam bene consultorum cōsensus. Nihil interim prohibet declinare de uia atq; sententiam palām mutare, si id rei hōnestas, antea parum cognīta, suadeat.

Quædam semina) Nam Cicero omnium uirtutum animis humanis inesse semina, id est, scintillas quas dā dixit, quæ ad maturam frugem tum demum uenirent, cum studio, perpe tuāq; exercitatione ex altissimis tenebris producerentur.

Honestorum & turpium peritus) Ob id in primo de oratore Cicero philosophiam moralem adeo necessariam censuit, oratori, ut cum sine hac affectus moueri non possint, tū uirtutum laudes, uitiorumq; uituperiū, in quod sæpe orator, ita poscente argumento diuertit, nullo modo tractari possit.

## CAPVT XXII.

**M**ateriam rhetorices.) Seorsim quidā uerba materiā statuerunt, alij rem, atq; in utranq; partem est acriter satis certatū antiquitus; Nos uero uerba ipsasq; res materiā artis rhetoricæ nominamus: Hæc M. T. Cicero de inuentione uel rhetoricorum, uel commentariorum in Hermagoram.

Appellatione) Scilicet Oratoris.

Argumenta persuasibilia) Id est, res quæ possint oratione persuaderi, uel probationes, quæ possunt persuaderi.

Operis) Rhetorici.

Fiunt. Persuasibilia.

materia. A rebus, circa quas uersantur ciuiles quæstiones quæ in coetu populi tractantur, & in republica ciuitatis aguntur.

tur.

Qualitate. Id est, re ipsa.

Modo) Mensura, & numero minore, quoniam & priu-  
te quaestiones cadunt in materiam rhetorices.

Vitam) Rationem uiuendi.

Omnium uirtutum) Vniuscuiusq; per se.

Earum) Virtutum.

Partibus) Vitæ gubernandis.

Fine) Definitionibus.

Parte) Scilicet unæ.

Ethice) Morali philosophia.

Negotia) Occupatum in negotijs ciuilibus.

Quodam loco) Primo de oratore.

Alibi) De oratore.

Non propriam) Nam aliæ disciplinæ quoq; res tractat.

Eamq; artem) Rhetoricen.

Circumcurrentem) Ambientem omnes alias artes.

Materiam) Quam etiam cum alijs artibus communem ha-  
beret: Nam si singulæ disciplinæ singulas res habent subiectas  
& rhetorice omnes res subiectas ambit, certissimum est, quod  
hanc materiam cum alijs disciplinis communem habet.ἄλλοτερον) Aerariam: Intelligi fabros caldarium, sar-  
taginum, ahenorum, cantharorum, uasorum.

Vasa) Sic excussa.

Palastrica) Luctandi arte.

Communis) Medicinæ.

Philosophiæ) Moralis.

Non obstat) Nostræ sententiæ.

Dicunt) Aduersarij.

Nam cum philosophum) Cum simpliciter Philosophum  
am dicimus, intelligenda est ea quæ uel ciuicatum, uel mores  
priuatorum, uel domus administrandæ curam pollicetur, quod  
ea pars omnium maxime ad huius unæ utilitatem pertineat.

h Sic

Sic Socrates à Cicrone fons philosophiæ dicitur: nimirum quod relicta illa quæ naturæ arcana scrutatur, primus omnium Græcorum morum disciplinam docuerit, alioqui iam ante apud Iudeos, gentem omnium antiquissimam, tres philosophiæ partes celebratæ erant, quemadmodum probat Eusebius de Præparatione euangelica.

Obstat) Non est aduersarium nostræ sententiæ.

Hoc) Dicto suo.

Verfari) Occupari.

Materia) scilicet cum philosophia.

Primo) In præfatione primi libri.

Illi) Philosophi.

Nostra) Rhetorica.

Cum fidele et ceteris) Etiam autore Aristotele ad Alexandrum.

Concisa) Breui, acuta.

Eadem) Materia.

Perpetuæ) Solutæ, pro se orationis.

Illud) Quod sequitur.

Respondere) Huic obiectioni.

Hoc inuenio) In præfatione lib. 1. de Oratore.

Magnarum) Quæ in controuersiam ueniunt.

Non inscium) Aliquo modo conscium.

Causas) Lites quæ possint contingere.

Quærat) Controuersia fit.

Melius) Scilicet dicit faber uel musicus.

Confirmationem) Comprobationem.

Hostiensi) Oppidi Hostiæ, quod ostium et ianuam in mare faciat.

Atqui) Scilicet certe.

Liuores) Non naturales colores in corpore ad flauedines tendentes.

Cruditatis) Non cocti cibi.

- Veneri) Scilicet dati.  
 Menſuras) Terminos agrorum.  
 Quod quidem) .ſ. Verum eſſe.  
 Prefatione) Inter præſandum.  
 Polus) Discipulus Gorgiæ, qui idem dicit.  
 Hermagoras) Qui ſex libros ſcripſit de arte rhetorica  
 & docuit ſub Auguſto Cæſare Romæ quaſtiones qualiſcun-  
 que controuerſiæ.  
 Instrumenta) Rhetorices.  
 Opus) Oratio.  
 Vox) Spiritus longus, & patientia laterum, ſunt instru-  
 menta oratoris.  
 Celator) Artis profeſſor.  
 Hæc) Dubitata.

## IN LIB. III. CAPVT I.

- Q**ueſitum) Quaſtioneſ agitatum.  
 Tulerunt) Permiſerunt.  
 Materiamq; ) Subiectum, quod Græci  
 ὑποκείμενον dicunt.  
 Dicere) Oratorem.

- Hinc) Poſthac, deinceps.  
 Vnde) Ex quo initio.  
 Quibus) ſcilicet partibus.  
 Exequar) Pertractem.  
 Intra quem modum) Intra quod præſcriptum, id eſt,  
 metam.  
 Conſtiterunt) Gradum fixerunt.  
 In cæteris) ſcilicet artibus, ubi non tractamus nuda præ-  
 cepta.  
 In id) Vt iaſtaremus ingenium  
 Materia) Argumentum foecundius.  
 Hoc ipſo) Hac ipſa miſcella & mixtura.  
 Studijs) Rhetoricis.

**Ea) Præcepta.**

**Ieiuna) Tenuis, minus plena.**

**Delicatas) Delicijs assuetas, teneras.**

**Qua) Causa, ob quam causam, ne scilicet raderet, aures de-  
licatas: taciua est allusio ad uersum Persii qui est:**

*Auriculas teneras mordaci radere uero.*

**Abinthia tetra &c.) Supra modum amara: siquidem  
ut est autor Dioscorid. lib. naturalis medicinæ 3. tam est acer-  
bum abinthium, ut apud Græcos**

**\* id est, in immensum acerbum cognominetur, discutit  
uentris ac stomachi dolores, qua potissimum ratione pueris tor-  
mina uentris patientibus solet miseri: Sed & Plinius lib. 27.  
ca. 7. huius herbæ naturã ac medicinas plures ex Dioscor. ser-  
mè ad uerba exscripsit Hermol. certe à Græcis poetis quibusdã**

**ἐπιθύσιον dici asseru, tanquã dicas impotabile, lib. 3. corollarij.  
Et quæ sequuntur) Ut puerorum ætas improvida lu-  
dificetur, laborum tenuis interea oportet amarum abinthij la-  
ticem deuorare.**

**Philosophiæ) Naturalis.**

**Lucretius) Epicureus.**

**Rationem) Insecutus**

**Vtitur) Scilicet lib. 4. de rerũ natura statim in principio.**

**Medentes) Medici. Tetra) Amara.**

**Aspirant) Attingunt, obliniunt.**

**Oras) Extremitates, terminos.**

**Mellis) Suauitatis, iucunditatis.**

**Abinthij) Amari tudinis, fastidij.**

**Ex eo) Propterea.**

**Gratiam inecat) Ne plus odij ferat, ne minus placeat.**

**Quosdam) Scriptores.**

**Contra) Scilicet opinionem nostram.**

**Eodem) Ad eundem finem.**

**Diuerfas tamen uias) Rationes artis diuersas, transla-  
tione**

tionem sumpta à uiarum ductoribus.

Illi) Sequentes scilicet discipuli.

Nec mutaueris facile) Quispiam mutare possit  
Persuasiones) Opiniones. Ad ea) Præcepta.

Mox) Deinde.

Sui) Ex suo ingenio natum, depromptum.

Recta) Recte inuenta.

Pœtæ) Vt Homerus, Empedocles Philosophus atq; etiam  
rhetor, quem philosophiam carmine illustrasse constat.

Artium) Præceptionum, quanquam Aristoteles his prio-  
res aliquas scribit in libro Redargutionum, qui tamen hi sue-  
rint non exprimit, nisi forte Empedoclem quispiam intelli-  
gere uelit.

Vt traditur) A' Suida.

Post eos) Opinor intelligi Phœnicen illum Homericum,  
qui apud Poëtam Achillem docet & rerum actorem, et uerbo-  
rum Oratorem esse, in 9. Iliad. tum & Menelaum, cui argutū  
& subtile dicendi genus adscribitur Homerus: & Nestorem, cui  
dulce & mediocre: tum & Ulysses, cui fecundum & amplū  
magnificumq; tribuitur ab eodem Hom. lib. Iliad. 3.

Gorgias Leontinus) Hic Gorgias auctore Suida pri-  
mus præceptis rhetoricis adiunxit translationes, Allegorias,  
Apostrophos, & id genus alia, uel sententiarum, uel uerborum  
lumina, de quibus Fabius ipse in 3. ac 9. perscribit: Porro huius  
nomine librum de Rhetorica reliquit Plato: de ætate autem eū  
in idem consentiunt, M. T. in Catone maiore, & diuus Hiero-  
nymus in epistola ad Nepotianum de Clericorum officijs.

Trasymachus Chalcedonius) Per ch scribendum est  
sic enim Stephanus Chalcedonam Bithyniæ urbem describit.

Prodicus Chius) Ex insula Chio, discipulus Protagoræ  
ob corruptam institutionem Athenis cicutam bibere coactus  
est, auctor Suidas.

Protagoras & Euathlus) De hoc Protagora & Eua-  
thlus

ihlo Gellius copiose agit lib. 5. cap. 3. & 10. cui loco magna ex Fabio lux inferri potest, contenditur enim istic super merce de pacta, uerum quæ fuerit non exprimitur: sed & Apuleius Floridorum lib. 2. florulentius idem tradit.

Is) Gorgias.

Multis) Rhetoribus.

Illorum) Coracii & Thyſie.

Aemulus) Studiorum æmulator, socius.

Abderites Protagoras) Ex Abdera Thracie urbe.

Edidit) Euathlus ipse.

Eleus) Ex Elide oppido adiacente Olympie Aegyptiae Primum enim auctore Stephano ab Elis nomen gentile  $\epsilon\lambda\lambda\iota\sigma\tau\alpha\varsigma$  postea eliso  $\lambda$ ,  $\epsilon\lambda\lambda\iota\sigma\tau\alpha\varsigma$  et per contractionem  $\epsilon\lambda\lambda\iota\sigma\tau\alpha\varsigma$ , sed nos Latini frequenter et diphthongon in e longum uertimus.

Eleates Alcidamas) Ex Elea urbe Italiae oriundus.

Antiphon) Rhamnusius.

Primus) scilicet Alcidamas discipulus Gorgiae.

Orationem) Oratoriam.

Creditus) A scilicet Thucydide, qui audisse se scribit.

Pro se) In causa capitis.

Etiam) scilicet eodem seculo fuerunt, floruerunt.

Diximus) In præcedenti libro.

In) Contra.

Theodorus) Eodem seculo floruit.

ipsi) scilicet Rhetores floruerunt.

$\lambda\omicron\gamma\omicron\delta\ \alpha\iota\delta\ \alpha\lambda\omicron\upsilon\varsigma$ ) Artifices sermonis, ingeniosos: siquidem  $\lambda\alpha\lambda\delta\alpha\lambda\omicron\varsigma$  ingeniosum & uas frum significat aliquem, Plato in Phædro & Protagora.

Locos) Communes.

Disputationes) Quasdam compositas in singularum uirtutum laudes, & uitiorum uituperationes, quas iuuenes discipuli apud eos discabant, cuius rei meminit & Aristo. in calce libri redargutionum Sophisticarum, idque non sine uituperio.

In Bru

In Bruto) In libro, quem scripsit ad Brutū de Claris Oratoribus.

Ornatum oratorium) Elegantiam Oratori peculiarē.

Fetri) Circunferri.

Equidem) Ego quidem, quod ad me attinet.

Fama) Quæ scilicet etiam apud comicum Eupolim, tribuit ei suadendi deam, quam Græci *πυθία* uocant, dicitq; eū ita auditorum animos demulsiſſe, ut etiam dictorum aculeos relinqueret: tum & Aristophanes de hoc ait: Fulgurabat, inquit dicendo, tonabat, atq; uniuersam commouit Græciam: Meminit eius quoq; famæ Pli. in Epistolis lib. 1.

Esse) Scilicet scriptores.

Hæc) Scripta.

Hic) Rhetoribus iam dictis.

Clarissimus) Scilicet omnium.

Eius) Iſocratis, nam ut Suidas ait ac Plutarchus, alij Gorgiam, alij Thyſiam, alij Hermogenem quendam, alij Prodicū, alij Theramenem tradunt.

Aristoteli) Afferenti Gorgiam.

Hinc) Post Iſocratem.

Vix) Rationes discendi.

Præstantissimi discipuli) Vt Theodoctes, Theopompus, Hyperides, & quidam alij, quos Cicero in Bruto recenset, & Suidas in collectaneis: Porro quod de Iſocratis ætate hic afferit Fabius, et confirmat Marcus Tullius in Catone maiore, tum & Hieronymus consentiū illud ipsum uariatur apud Suidam, qui mortuum scribit anno quarto & nonagesimo.

Præcipere) Docere.

Scholis) Dissertationibus, disputationibus: Græci proprie scholas uocant non ipsum discendi locum, sed magis disputationes, prælectiones, atq; id genus alia, quæ res Platonis dialogos legenti statim est obuia.

Traditur) A Laertio in uita Aristot.



Philocteta) Comico scilicet. Est) Extat.  
 Dictum est) In superiori lib. quod scilicet inter doctos am-  
 biguum sit, cuius auctoris id sit opus, Aristotelis ne, an Theo-  
 decti.

Rhetorice) Nam testatur Laërtius librum unicum scri-  
 ptum ab eo, cui titulus, Oratoria præcepta.

Hinc) Diligenter scripserunt de Rhetorica.

Stoicorum) Vt Chrysippus ac Diogenes.

Peripateticorum principes) Vt Demetrius Phalere-  
 us, cuius liber de interpretatione oratoria in hunc diem extat.

Viam) Suam rationem dicendi.

Aemulus) Concertator, comes studiorum.

Athenæus) Ille antiquior scilicet, nam & recentior quidã  
 extat Athenæus nomine, qui sub M. Antonio imperatore di-  
 pnosophistas, id est, sapietium hominum conuiuia doctissime  
 scripsit, ad cuius imitationem composuit Saturnalia Macrobi-  
 us, ut pleriq; existimant.

Apollonius Molon) Quem Cicero ipse in insula Rho-  
 do audiuit, ut ipse sæpe testatur.

Cæcilius) Nam hunc æmulum Hermagoræ Suidas facit.

Dionysius) Scripsit præcepta, quæ hodie Græce extant.

Pergamenus) Ex Pergamenis Phrygiæ urbe.

Apollonius) Quæ ciuitas est colonia Corinthiorum, quam  
 quam Stephanus hoc nomine uiginti quinque recenset urbes.

Gadarenus) Ita censet legendum Stephanus qui à Gade-  
 ra, non Gadaræus, sed Gadarenus uenire dicit, id est, oriun-  
 dus ex Gadara ciuitate Palestinæ.

Viderunt) Scilicet uiuentem: nam ut Suidas auctor est,  
 potissimum sub Cæsare Augusto Romæ dicendo floruit, ac di-  
 utissime uiuit, quare non incredibile est Fabij seculo, quod su-  
 in Domitiano imperante, aliquos superstites fuisse, qui Herma-  
 goram uiderint.

Cognoscas) Annuus ponitur quando uidelicet secunda  
 persona

persona pro tertia quavis accipiuntur.

Valgium) Eualgium, utrumque apud autores, alterum tamen frequētius inueniuntur, Valgius scilicet apud Macrobiū.

Atticus) Attici meminit Suidas, cum Rhetorem eū dicit.

Ipsius) Apollodoro in scriptos.

Epistola) Apollodori.

Agnoscit) Scilicet Apollodori esse: siquidem agnoscimur ante cognita, cognoscimur autem qualiacumque.

Plura) Quam scilicet Apollodorus.

Cēfotinus) Sic cognominatus à seueritate cēsurae gestae inchoauit) Inchoatum opus de arte reliquit, quem ex illo

uocat libellum M. Tullius in Bruto.

Imperfectum) Ad finem non perductum.

Res) Neceffitas, usus. Dedit) Apposuit.

Tacere) Nihil præcipere.

Elapsos) Excidisse.

Diceret) In præfatione librorum De oratore.

Minora) Præcepta.

materia) Argumento rhetorices.

Pater Gallio) Ad differentiam filij Gallionis.

Priores) Aetate, functum uita fuisse Plinium, ex hoc Falso loco conijcere possumus.

Parco) Taceo nomina.

Eorum) Hodie uiuentium scriptorum.

Inuidia) Alludit ad Ouidij dictum:

Maius ab extincto nomen in ora uenit.

Atque ad Horatium simul, cuius hi sunt uersus in hanc sententiam lib. Epist. 2.

Diram qui contudit hydram,

Notaque fatali portenta labore subegit,

Comperit inuidiam supremo sine domavit

Vrit enim fulgore suo qui pergrauat artes

Infra se positas, extinctus amabitur idem.

Pigebit) Scilicet me. addixi) & diuraui.  
 Imbutus) Affectus. Alludit ad uersum Horatij, qui de se  
 ait libro primo Epistolarum:

Nullus addictus iurare in uerba magistri,

Quo me cunq; rapit tempestas deferor hospes.

Electuris) Lectoribus.

Promeruisse) Quod promeruerim.

## CAPVT II.

Sermonem) Loquendi facultatem.

Protinus) Geniti hominibus sermonem inditum  
 fuisse.

Huic) Principio & semini indito à deo.

Vtilitas) Sperata scilicet ex eloquentia.

Studium) Amorem.

Summam) Perfectionem huic dedu principio.

Exercitatio) Vfus, qui omnium magistrorum præcepta  
 superat: Vfus enim, ut ille dixit, potest omnia.

Video) Deflexio est à corpore ad animum.

Inde) Hoc principio.

Discrimen) Capitis, aut fortunarum.

Hæc causa) Hoc principium.

Prior) Quàm sit accusandi causa.

Nisi quis dicit) Quod scilicet absurdissimū esset.

Qui) Scilicet latro.

Observatio) Diligens cura artis.

Artem) Scilicet medendi.

Eorum) Vtilium & inutilium inuentorum.

Hæc) præcepta inuenta.

Dedit) In præfatione rhetoricorum.

Vagæ) Huc & illuc errantes sine mansionibus. Id quod &  
 de Aboriginibus narrat Sallusti<sup>9</sup> in Catilina, et hodie in mul-  
 tibus gentibus Scythicis experientia cognoscere licet.

## CAPVT III.

Legatio:

- L**egationibus) Muneribus legatorum.  
 Plurimi maximiq; ) Vt Aristoteles, Cicero,  
 Hermagoras.  
 Sermo) Confabulatio philosophorum est: Oratio  
 uero oratorum in senatu uel iudicio ad iudicem.  
 Grauis) Oratio.  
 Conclufione) Clausula.  
 Ultra) Supra rem & uerbum.  
 Quomodo) Sulte ne, an prudenter.  
 Dispositionem) Quæ uidelicet indicat, quo quid loco  
 dicendum sit.  
 Loco) Ordine.  
 Ea) Memoria.  
 Hoc) Scilicet sic disposita, uerbis ornata, fixa memoriæ.  
 Actio) Decorus gestus, uultus & motus corporis.  
 Modo) Saltem.  
 Actioni) Quod uidelicet natura contingat.  
 Inuenire) Quæ scilicet ad propositum facerent.  
 Iudicare) Dignoscere inter leuia & grauia inter stultæ  
 & prudentia.  
 Contraria) Suo instituto.  
 Communia) Parum ad rem facientia.  
 In rhetoricis) Recte Aldus pro rhetoricis topica legit: nã  
 in Ciceronis rhetoricis de iudicio ne uerbum quidem fit ullũ.  
 Quod autem hic Fabius citat, legitur in topicis fermè in prin-  
 cipio his uerbis: Omnis ratio diligens differendi duas habet  
 partes, unam inueniendi, alteram iudicandi: Inueniendi ra-  
 tio prior.  
 Diuisisset) His uerbis: Vis oratoris in rebus est & uerbis,  
 sed & res & uerba inuenienda sunt, & collocanda proprie in  
 rebus, inuenire in rebus eloqui dicit, collocare est comune, tũ  
 ad inueniendũ refertur uox, motus, uultus, atq; omnis ratio  
 eloquendi comes est eorum omnium, atque custos memoria.

Indicasse) non dignouisse.

Apta) Ab ineptis.

Topicis) Sedibus argumentorum.

Subiecit) Proposuit.

Mutuari) Mutuo accipi.

Oratorijs) Quibus partes oratoris Cicero persequitur.

Omnium inuentorum) Dispositorum.

Postea) Post topica & rhetorica.

Non minus) Quam superioribus.

Dion) Rhetor uel Philosophus, cui Chrysofomo ab aurea eloquentia, nomen fuit qui circiter Fabij seculum, ut certū est, floruit, maxime gratus iamiam senex Traiano cæsari: Nec ratio temporum repugnat, quin hic sit Dion, cuius Fabius meminit, quum Domitiano quem celebrat Fabius suo seculo florētem successisset Nerua, Neruæ autē Traianus, neque multi inter hos supputantur anni.

Modo) Saltem.

Oeconomia) Nam Græcis οἰκος, Latinis domum & familiam significat, vltimo autem dispenso & distribuo sonat: unde οἰκονομος dicitur paterfamilias, siue dispensator domus: & res uel ars οἰκονομια, cuius est summum opus, quæque suo loco, & tempore, & ordine facere prudenter, quam disciplinā Aristoteles duobus uoluminibus prosecutus est, quibus titulus, Oeconomia. Et item Xenophon in libro qui Oeconomicus dicitur. Porro quod Fabius abusione dicit, Græcis est species τροπι, τροπικῆς appellata, quoties ad significandam rem proprio earentem nomine alio abutimur, ut cum pro magno nebulone furciferum dicimus, & lacum in quo pisces non sunt piscinā: quod in codicibus Aldinis hoc loco adijcitur, Nam abusione: innotatum ab aliquo superioris seculi docto homine suspicor, ac postea ab Aldo, forsan plus æque curioso, contextui interseratum: nimirum quod cum Fabianis uerbis planè pugnet, quodque in cæteris omnibus codicibus desideretur. Postremo non uide-

ur aduerbium Abusue dignum purissima Fabij eloquentia.

Elocutionis) Scilicet uirtutis orationum.

Nomini) Huic neq; quadranti, nec apto.

Eloquamur) Verbis. uestiemus.

Elementa) Principia quibus accrescit rhetorica.

Humor) Vt putat Thales Milesius.

Ignis) Vt putat Heraclitus.

Materia) Vt putat Aristot. Plato.

Insecabilia) Insecabilia, quos Græci ἀτόμους appellant, ut putat Democritus & Anaxagoras.

Partes sunt) Dicendæ.

Materiae) Scilicet partes.

In his) Partibus tribus materiae.

Quidam) De quorum numero est Aristot. 1. Rhetor. cap. 3.

Causarum) Cadentium in officium Oratoris.

Aristotelem secuti) In rhetoricis ad Alexandrū.

Concionalem) Συμμοριτικόν, hoc est, gen<sup>o</sup> causarū quod in concionibus deliberantium uersatur, quāquam idem Aristoteles Rhetoric. 1. ad Theodocem ca. 3. ex trium eruditorū generibus ἀναγοισῶν, hoc est, concionalis, ἰμαῖσῶν, id est, iudicis, & θεατοῦ, id est, spectatoris, tria genera Rhetorices quae statuit, Deliberatiuum, Demonstratiuum & Iudiciale, nihil planè in uerbis dissidens. Quam diuisionē ex Platonis Gorgia ingratus discipulus furatus est, ubi Gorgias sic ad Socratem: Officium Rhetorices est, posse persuadere & in iudicio iudices, & in consilio consultores, & in concione concionales auditores.

Tunc) Aristotelis seculo.

C A P V T III.

**M**aximo nostrorū temporū Autore) Intelligo hūc Pliniū Maiorē, qui ut inquit Gell. suæ ætatis tempore ingenij, dignitatisq; gratia summam tenuit auctoritatē: quāq; ut iunior Plin. meminit in quadam

quadam epistola, reliquit 36. libros studiosorum in sex uolumina, propter amplitudinem diuisos, in his Oratorem ab incunabulis & instituit & perfecit.

Genera) Causarum quærentur.

Causis) De iniurijs illatis.

Consilium) Amicis.

Mitigamus) Lenimus concitatum animum.

Concitamus) In iram scilicet.

Præcipimus) Docemus. Obiurgamus) Amice.

maledicimus) Contumeliose.

Renuntiamus) Literis, id est, abstinemus nos à literis, desistimus à disciplinis.

Quo) Argumento.

Rem tam late fusam) Causas forenses, & alias.

Breuiter) Breui diuisione.

Hoc) Hanc causam.

In his) Tribus generibus.

Laudes) Encomia clarorum uirorum.

Scribebatur) Eo seculo. Dicere) Ad sepulchrum.

ἑπιτάφιος) Orationes funebres, sic Aristot. Rhetor. 1. Periclem summum Græcorum principem introducit ἐπιτάφιος dicentem: Et apud Mausoleum, id est, Mausoli regis Carie sepulchrum, Epitaphijs dicendis certarunt nobilissimi Rhetores, Theodectes, Theopompus, ac Iunior Isocrates: Nā quod Gellius Maiorem suspicatur quoque in certamen descendisse, error est ex amphibologia ortus, ut liquere potest Suidam legenti diligenter. ἐπὶ, ad uel iuxta præpositio, & τάφος sepulchrum, à τὰφος quod sepelio sonat, τὰφος in futuro.

Vt) Scilicet hac causa.

Frequentissima) Plurimum in usum uenientia,

Defendunt) Hanc partitionem triplicem causarum.

Tria faciunt etiam) Vt Aristote, in Rhetor cap. 3. & Plato.

Dele-

- Delectationem) Quam scilicet Aristote, theatream, id est, spectatoriam uocat.
- Ratio) Causa triplicis partitionis.
- Manifestum) Iudiciale.
- Partim) Aliqua.
- Sententiæ) Arbitrio.
- Anaximenes) Rhetor Græcus, patria Lampfacenus, discipulus sui Diogenis, cui cognomen Canis, & Zolli Græmatici, eius qui Homeri poemata uenenato infecit uerū, postea Alexandri principis Macedonum præceptor in re Rhetorica extitit, de quo plura alia Suidas in Collectaneis.
- Apud Græcos quosdam) Atque adeo apud Platonem ipsum, qui in Georgia, postquã tria hæc genera uulgata expressisset, adiecit etiam officium esse Oratoris, in alio quouis coetu civili, dicendo persuadere posse.
- Eorum) Iudicum. Lite) Controuersia.
- Species) Harum partium.
- Quod) Scilicet postremum, etiam peculiari uocabulo.
- ἔκτατον) Exquisitum.
- Protagoram) Sophistam nobilem.
- Precandi) Rogandi. Quod) Precari.
- ἰνυχών) Precationem.
- Sophistæ) In dialogo Sophistes, uel de Ente.
- προσομιτικόν) Confabulatoriã: à πρὸς præpositione, quod hoc loco coniunctione & societatem significat, et ὁμιλίω, quod in circulis differere sonat.
- Permittamus) Indulgeamus.
- Nobis) Latini.
- Cuius) Partis προσομιτικόν.
- Genere) Causarum.
- Questione) Contineri putant.
- Dictare) Ingerere, præscribere, instillare homini cordato.
- Dixi) In principio huius capituli.



ἑνωμιον) ἑνωμιον autore Hammonio de differentijs  
 dictionum, proprie laudationem hominis, aut animalis, aut et  
 am rei inanimatae significat: Sic extat ἑνωμιον Helenes à  
 Gorgia scriptum, sed & ἑνωμιον caluicij lusum à Synesto: po  
 stremo & muscam Encomio celebrauit Lucianus: porro ἑ  
 mnus, laudem in aliquem deum compositam significat.

ἑνωμιον) Demonstratiuum siue ostentatiuum.  
 Quam ostentationis) Quamquam enim δεινω, δεινω  
 in futuro, monstro significat, ἑνωμιον tamen proprie ostenta  
 re, & uelut iactare significat, ἑνωμιον tamen proprie ostenta  
 detur, qui res ridiculas et nugacissimas nugas ad ingenij ostē  
 tationem laudibus uexerunt, uelut Phaurinus quartanam  
 Febrim celebrauit, atq; etiam Therpsitem, Picus Mirandula  
 Barbariem, Glauco iniustitiam apud Platonem.

Intra hoc) Spatium laudandi & uiruperandi.

Panegyricos) Sermones laudatorios.

ἑνωμιον) Ostentatorios.

Ostentatione) Ingenij, atq; uirium.

Sequuntur) Scriptores.

Id) Hanc causam.

Cæteræ species) Causarum, si quæ sunt.

Ex his) Speciebus cæteris.

Intendere) Aliquid imputare.

Communia) Omnium scilicet causarum.

Conciliare) Fauorem parare.

Iudicis) Auditoris.

Docere) Rem factam, aut non factam.

Imminere) Quæ contra nos sunt.

Materiam) Causas.

Quæstione) Inquisitione.

Omnia) Genera causarum.

Consilij. Dandis.

Aliquid. Vtile aut honestum.

## CAPVT V.

- N**aturalibus ingenij dotibus)  
 Arte) Ratione quadam præceptionum.  
 Arti subijcimus) Dicimus partem artificij.  
 Doceat) Clara comprobatione auditorem scire faciat.  
 Delectet) Cum gratia & uoluptate audientium dicat.  
 Opus) Rhetoricæ.  
 Res) Quas narrando doceamus & inspergendo.  
 Quædam) Materiæ, causæ.  
 Probationem) Quæ est pars docendi artificialis.  
 Celsus) Cornelius.  
 Quæritur) Est quæstio, controuersia.  
 Partitio) Diuisio eorum, quæ præstare debeat Orator.  
 Constat) Certum fit.  
 Quæstiones) Controuersias oratori tractandas.  
 Iure) Ambiguo, aut aliter ab alijs interposito, cum uerba ipsa uidentur cum legum latoris uoluntate pugnare, aut cum uerbum aliquod in lege positum, habeat plures significationes, cui negotio discutiendo Cicero iuriconsultos præesse dicit libro primo Rhetorices.  
 De re) Facta, aut non facta iure uel iniuria facta.  
 Illud) Quæstionum genus, quod uersatur in scripto.  
 Rationale) Quod scilicet rationibus fit probandum uel improbandum.  
 Idem) Quod nos iam dicimus.  
 Verbis) Legum.  
 Conuenit) Consensus est.  
 Similibus) Appendicij circumstantijs.  
 Cicero) In Topicis ferme in fine, ex quibus hæc Fabius mutuatus est.  
 Ciuiles) Ad statum ciuitatis pertinentes.  
 Philosopho) Qui contemptis singularibus, in scientiam nõ cadentibus, autore Aristotele, uniuersalia maxime spectat.

Genus. Infinitarum questionum.

Scientia. Cognitione.

Actionis. Scilicet exemplum sit.

Prius. Genus questionis infinitae scientia distinctum.

Generum. Scilicet est modorum.

Quale. Ad iustum pertinet.

Quid. Ad diffinitionem.

Sequens. Actio questionis infinitae.

Adipiscamur. Scilicet rem, quae praeposit in questione.

Complexu. Adiunctione.

Personarum. Quibus res adhibebuntur.

Res. De quibus est controuersia.

Amplior. Vniuersalior.

Quod. Scilicet à me dictum.

Aliquid. Scilicet certi.

Inde. Scilicet, ut infinita fiant finita.

Simplex. Nullo respiciens.

Prima enim quaestio. An sit administranda respu-  
blica.

Altera. An tum administranda, cum tyrannus aliquis sum-  
ma rerum praest, quo tempore difficillimum est bonum praes-  
tare magistratum.

Hic Hermagoras. Ex Collectaneis Suida colligitur quod  
dem, duos Hermagoras fuisse, priorem Philosophum, qui nihil  
ominus *Ἡρμαγόρας*, aduersum Academicos scripserit, hicti-  
tulus an ad rhetorem referri queat, nondum apud me statui,  
cum *Ἡρμαγόρας* uocabulum ut plurimum in malam partem apud  
Graecos accipiatur pro falsa specie sapientiae, horum autem quem  
dam nominat celebriorem, cuius sex libros Rhetorices citat.

Refertur. Haec simplex.

Hic. In hac questione.

Subest. Scilicet uerbis.

Tyrannus. Qui sibi, non populo gerit imperium.

Subest.

Subest. Præest.

Qualitatis. Quod scilicet is qui præest fit tyrannus.

Dixeris. Eiusmodi quæstionem.

Generales. Quod in genere & in uniuersum aliquid com-  
plectantur.

Vtique. Maxime.

Prior. Natura.

Qualitatis. Utilitatis uel inutilitatis, iustitiæ uel iniusti-  
tiæ.

Iure. Quæstio fit.

Coniecturæ. Quas iurisperiti præsumptiones uo-  
cant.

Coniecturis. In quibus non certis argumentis utimur, sed  
quasi indicijs, præsumptionibus.

Sceleris. Perpetrati.

Certum. Constabit.

In uniuersum. Generaliter.

Thesis. Quas Cicero proposita uocat.

Aliter. Alia ratione expressas.

Causa. Quæstio.

Orestes. Matricida.

Recte. Iure.

Generis. Naturæ.

Hæc. Causa.

Illic. In these.

Hic. In causa.

Negotium. Seculares circumstantias quasdam.

quidam. Scriptores, ut Cicero.

Omnibus. Exemplis.

Occurri. Contradici.

Illis. Quæstionibus potissimum tractatis à Cicerone.

Finis. Felicitas, summum bonum.

Personam, Certam,

- Perueniri) Ab oratore.  
 Speciem) Specialem quæstionem.  
 Illam) Quam ego iam refuto.  
 Quædam) Generales quæstiones.  
 Non pertineant) Ad oratorem.  
 Quam) Si ille prior scilicet.  
 Materiam) Subiectam.  
 Quod) Quam sententiam Hermagoræ.  
 Contendit) Nititur probare.  
 Genus) Infinitum.  
 Improbatur) In præfatione de oratore.  
 Vniuerso) Generali.  
 Status) Capita causarum.  
 Summæ) Eædem.  
 Adijcitur) A scriptoribus.  
 Illud) Quæstio in rebus.  
 Hoc) Quæstio ad aliquid.  
 Negotium) Tractatus.  
 Causarum) Rationum, quibus aliquis motus fuerit.  
 περίστασις) Circumstantiam, appendicem personarum.  
 Cicero his uerbis) In Topicis & Rhetoricis utitur.

## CAPVT VI.

- A**liquo statu) Quasi cardine aliquo.  
 Omnibus) Generibus commune.  
 Ducatur) Eliciat.  
 Id) Disputare de statu.  
 Materias) Causas.  
 Res) Progressus, ueritas.  
 Quidam) Ut Cicero libro primo Rhetoricorum.  
 Appareat) Eluceat, elicatur.  
 κεφάλαιον γενικότατον) Generalissimum caput.  
 Intereft discipulorum) Non debet turbare discipulos.  
 Nomen) Scilicet σοφίας.

Non

- Non primum) Multo malim legere nonnulli.  
 Ab Eucrate) Naucrate legendum est & ex Gellio, et Suē  
 de Collectaneis, insignē inter Isocratis discipulos fuisse: Ver-  
 rum quod ipse sciam, nulla usq̄ mentio Eucratis alicuius fit.  
 Clazomonio) Putant primum traditum.  
 Euagari) Expatari orando.  
 Consistat) Quasi pedem figat.  
 Status est) Quod summū orator intendit ac iudex discer-  
 nit.  
 Causarum) Duarum.  
 Parum elocutos) Puto parū expressisse quod senserūt.  
 Status) In quo tota causa occupatur.  
 Quæstionis est) Scilicet status.  
 Ex his duobus) Quid & quis fecerūt.  
 Vtræq̄ pars) Quis & quid fecerūt.  
 Conflictio) Concussio.  
 Conflictio) Nascitur.  
 Leuius) Scilicet est peccatum.  
 Intelligitur) Quid sit status.  
 Inde) Ex definitione status, qui est conflictio duorum.  
 Conflictionum) Causarum.  
 Ducendum) Eliciendum.  
 Aliæ) Quæstiones.  
 Porro) Deinde, sed.  
 Constat) Quæstio.  
 Harum) Quæstionum conferentium ad summam causæ.  
 Interim) Aliquando partim.  
 Simplex) In qua unus tantum est status quæstio.  
 Inde) Ex quo orator præcipue spectandum putat.  
 Quæstionum) Scilicet status eorundem.  
 Posthumo) Reo de repetundis pecunijs.  
 Actionem) Repetundarum.  
 Competere) Ex Iulia lege.

Pecuniam) Regiam, publicam.

Potentius) Nullam pecuniam peruenisse ad Posthumum.

Milonis) Qui Clodium occiderat.

Infidiator) In uia Appia scilicet.

Liquere) Ostensum est.

## CAPVT VII.

**D**eprecationem) Refutationem.

Cicero) In Topicis.

Congressa) Commissa.

Vnde) Ex quibus Ciceronis uerbis statuentis statum in depulsiōe criminis.

Rei) Opinioni.

A depulsiōe) Abiectione criminis.

Sumi) Duci.

Ab eo) Actore.

Propositionem) Intentionem, obiectionem suam.

Negat) A se probare, hominem occisum esse à reo.

Dicit) Respondendo.

Idem) Probatio quod iure fecerit.

Eius) Rei.

Intentio) Status ipsius.

Accedo) Assentior, quod uidelicet status oriatur ab accusatore.

Vero propius) Est uerisimilius.

Respondente) Ex ui responsionis.

Varium) Iam uerum, iam non uerum.

In coniecturalibus causis) In quibus crimen obiectum reo actor ipse coniecturis probare cogitur.

Syllogismo) Scilicet cogit uti aduersarium, cuius syllogismi propositio maior legem, ut uocant, habeat: Minor autē assumptio adhibeat crimen aduersarij, sicq; inferatur, legem latam esse de crimine, & si credimus Aristoteli Rhetoricorū primo, leges in uniuersum feruntur, quibus particularia subsumere  
re li

re licet. Verbi gratia: Si is quem adulterium commisisse accusamus, dicat actorem legem non habere, coget actorem eius modo uti syllogismo: Ius est in adulterio nec care deprehensum: tu es in adulterio deprehensus, ergo iure lege necandus eras, et ex consequenti licet totum iure agere.

Faciat statum) Det ansam statui.

Eundem) Statum.

Inficiale) Negatiuam.

A reo) Propter reum.

Syllogismo) Collectione argumentorum.

Illis) Scriptoribus, qui ex depulsione statum ducunt.

Status) Factos ab ipso accusatore.

Negat) Reus.

Is) Qui negat.

Coniectura) Ad comprobandum.

Legem) Accusandi.

Nihilominus) Nihil priore impediente.

Permittat) Adulterum deprehensum occidere.

Qui artem ludicram exercuerit) Extat hodie edictū prætoris Pandectarū libro II. titulo De ijs qui infamia notantur, quod referente Iuliano iuriconsulto, sic statum: Qui artis ludicræ, pronuntiandi uel causa in scenā prodierit, infamia notatur: Porro scenā Labeo iuriscōsultus ibidem interpretatur, locum, uel publicum uel priuatum, in urbe, aut uico quo homines ad spectaculum consuant. Iam qui se in hortis tantū exercendo Prætori ostenderit, haudquāq̄ hac interpretatione tenetur, id quod eodem titulo Caius iuriconsultus apertim indicat his uerbis: Qui autē operas suas locat ut prodiret artis ludicræ causa, neque prodijt, non notatur, quia non est res adeo turpis, ut etiam consilium puniri debeat.

Theatrali lege) Qua negabatur locus in quatuordecim primis ordinibus ei, qui uel ludicram artem exercuisset, uel cēsum equestrem non haberet, id est, quadringenta sestertia.



Ludicram) Vt qui prodierit in scenam.

Primis ordinibus) Theatri.

Ostenderat) Periculum suae artis fecerat.

Prætori) Prætoris conspiciente.

Intentio) Obiectio.

Quæstio) Scilicet oritur.

Excitatus) Ab aliquo.

Iniuriarum) Sibi illatarum.

Depulsio) Responsio accusatoris.

Frequentius illud) Vt scilicet intentio sit actoris, depul-  
sio rei, & ex depulsione nascatur status.

Emineat) Emergat, exoriatur status uere.

Subiecta res) Materia, causa.

Diversi status) Particulares.

Res) Lis.

Id) In quares maxime uerteretur.

Magis) Mihi pugna erit cum eo.

Eius rei) Status.

Quanquam) Etsi.

Disputationem) De appellatione status.

Numerus) Statuum.

Conuenit) Consentitur inter autores.

Translatio) Probationis nomen.

Genera) Nouem elementa, summa genera in quibus status  
nascantur. Coniecturis aliquot in suspitionem uenio, locum  
hunc ab oscitante aliquo scriptore confusum, quod exempla ad  
ducta in elemēto ipsius situs parum cum Aristotelis mente co-  
hæreant, qui certe labefacere exemplum ponit elementi face-  
re, & irasci quoq; cum nulla ratione ad sententiam quadret,  
& commodius referetur ad passionis genus: Est autem, autorū  
bus Philosophis, ira passio, qui & irascitur patitur, neq; dubi-  
to quin docti, qui uel per trāsennam Aristotelem inspexerint,  
nobis sint suffragaturi.

Tempus

**Tempus quod** χρόνος) Hammonius Græcum autor, differentiationem facit, inter χρόνος & ἡμέρας: χρόνος dicit simpliciter significare tempus infinitum, sed ἡμέρας, partem aliquam temporis alicui negotio opportune uel intempestiue adhiberi, id quod Fabij uerba penè exponunt.

**Addicta)** Dum fuerat tradita in seruitutem creditori ad tempus: nam addicere est, se tradere creditori in seruitutem ad tempus, donec soluat, qua de re est titulus in Pædestis: De additione in certum diem.

**Videtur)** Sumi.

**Iterum)** Secundo modo acceptum.

**Speciem)** Partem.

**Operis)** Superius dicti.

**Huic)** Elemento.

**In pestilentia comessator)** Dubium non est, quin in declamationibus hoc celebre fuerit argumentum, nimirum eum accusare, qui grauissimo reipublicæ tempore, hoc est, pestilentia, comensationibus, comotationibusq; indulserit, nec magnè penderis publicum ciuitatis malum.

**Quod)** Elementum.

**Strenue)** Dedita opera.

**Debeatur)** A reipublica scilicet.

**Tyrannos)** Malos principes.

**Tot tyrannos sustulit)** Athenienses cum aliquoties infeliciter cum Lacedæmonijs pugnassent, tandè uicti sunt, at Lacedæmonij uictis ne per occasionem rebellionem pararent, triginta præposuere uiros, qui reipublicæ summæ præessent, hos triginta sustulit Thrasylbulus, unde declamandi materia olim fuit in scholis, tot ne præmia deberentur Thrasylbulo, quot tyrannos occidisset. Porro hæc materia in elemento numeri uersatur.

**ἑρῶν)** Modum, rationem.

**Hinc)** Ex hoc elemento proficiscitur.

Alio

Alio modo) Quàm licuerat.

Adulter loris cæsus) Cum tamen lege Iulia alius ulciscendi modus præscribatur, nempe occidendi deprehensum in adulterio: Porro quod hic de adultero loris cæso adducit, opinor ex historia sumptū esse, quæ refert Crispum Sallustium deprehensum in adulterio loris bene cæsum à Tito Annio Milone, et sic dimissum.

Αφορμὸς ἔργων) Occasionis operum.

Hi) Qui nouem elementa statuunt

Detrahunt) Superiori numero elementorum.

Quidam) Vt Hermagoras.

Dicta Græcorum curiosa) Tam otiosi Græci fuerunt, ut præcipue, ut Cicero, Græcum otium, pro summo in Bruto dicitur.

His) Iam dictis.

Ostendi) Declarari.

Locos) Quæstionum.

Vtraque) Et statibus & locis.

Elementis) Principijs nouem.

Coniecturam à coniectu) Est enim coniectura, incerta rei indicium ab aliquo manifesto signo, aut suspitione, aut ex vultu eius, de quo agitur: ut deprehensus est quispiam corpus recens in solitudine sepelire, hic cædis reus fit à sepeliendo, & ex sepultura quæ manifesta est, inuestigamus incertū, hoc est, qui autor cædis fuerit: Hermogenes Rhetoricorum libro primo, capite tertio.

## CAPVT VIII.

**A**utores) Græcos.

Colligeret) Comprobaret.

Quom) Scilicet hac ratione.

Vtrorumq;) Vtrolibet.

Coniectura) Diligens rei per signa.

Genus) Statuū.

Archidemus) Scriptor Græcus, cuius tamen Suidas non meminit.

Quod genus) Status.

Et hæc quæstiones) In definitionem cadunt, quare sub finitimo statu esse comprehendendas.

Inficiale) Negatiuum, quando reus negat factum.

Coniectura) Quia coniecturis probare oportet quod reus inficiatur, id est, negat.

Alij in partem) Dederunt.

Nomine) Inficali.

Furtum) Rei privatæ.

In rem) Scilicet diuiserunt statum.

Reliqui status) Scilicet oriuntur, finitimus, qualitatiuus.

Idem) Hoc de statibus.

Quæstionem) Litæm.

Illud) Genus positum in externis.

Hoc) Positum in opinionibus nostris.

ἢ πῶς) Cognationem, mentis conceptum.

Idem) Aliæ dictum ab Apollodoro.

Ἀποροῦ) Dubium præscriptum.

Quo dubium) Dictum.

Præsumptum. De coniecturis.

Item. Dicunt de statibus.

ἢ πῶς) De essentia rei, & accidentibus.

Prius genus. Quæstionis.

Sequens. Genus accusantium.

Reliqua. Reliquos status habet.

Ad aliquid. Scriptum uel non scriptum.

De eadem. Essentia.

De alio. Accusante.

Posidonius. Rhetor cuius Cicero frequenter meminit.

Coniecturam. Exhibet.

Quod. Genus.

- Κατ' ἀριθμὸν**) Constitutionem.  
**Κατ' ἐνοίαν**) Iuxta notionem, sententiam animi: notio uero  
 est, quàm diu species in animo concepta manet.  
**Definitio**) Cum uerbis exprimitur.  
**Partes**) Species.  
**Legales**) E legibus ex orientes status.  
**Mentis**) Cogitationis, opinionis nostræ.  
**Summo**) Ferè altissimo, ut honestum esse.  
**Succedentibus**) Posterioribus generibus.  
**Interdum**) Tractatur quæstio.  
**Melius**) Est dictum de statu substantiæ.  
**Pars**) Species.  
**Succedentium**) Partium, particularium magis subiecta-  
 rum & subalternarum.  
**Aut**) Tractatur.  
**De re nominata**) Nomine expressa.  
**Vbi**) In quo genere quæstionis.  
**His**) Statibus.  
**Et**) Quia.  
**Quinetiam**) Scilicet quia.  
**Scripti & uoluntatis**) Scilicet quæritur.  
**Ambiguitatē**) Scilicet quia est: Ambiguitas autem hoc lo-  
 co dubitatio est, quæ ex uario uerborum accentu, aut distin-  
 ctione diuersa syllabarum oritur: uerbi gratia: Duo erant cui-  
 dam filij, alter Leon, alter Pantaleon dictus, pater moriens, sic  
 testamento scripsit: Habeat mea Pantaleon: Ex his uerbis uter-  
 que filius contendit paterna bona ad se attinere, alter legit, ha-  
 beat mea πάντες, id est, oïa Leon, alter coniungendum censet.  
**Κατὰ γνώμην**) Id est, iuxta dictum & sententiã, siue mentem.  
**Testamenta**) Decreta.  
**Abdicationes**) Certo tenore uerborum comprehensæ, id  
 est, exheredationes, nomina, quæ uerbis cõceptis cõtinentur.  
**Μισθὸν τινος**) Is status est, quoties crimen ipsi cõfitemur qui  
 dem,

dem, sed à nobis trāsferimus, uel in ipsum actorē, uel in quam  
 aliam causam, nā ut factum quidem ipsum concedamus, cul-  
 pam autem in alium reijciamus: quanquam hac de re paulo alī-  
 ter Hermogenes, qui cum putat  $\mu\iota\tau\acute{\alpha}\lambda\eta\iota\upsilon$  esse, quando crimē  
 ipsum scilicet in totū à nobis reijcimus, quasi ad nos nihil per-  
 tineat, nimirum quod iusta ex causa negetur ansa aduersario  
 nos accusandi: uel si quisquam cædis damnatus, casu aliquo car-  
 nificis nisum frustratus, dicat non bis supplicium de uno cri-  
 mine sumendū, id quod partim ex Hermogene colligimus, quā  
 iuridicalem statum sic uocat, partim ex ipso Fabio, cuius uer-  
 ba paulo supra hæc fuerunt: iuridicalis est, qui  $\Delta\mu\gamma\iota\omicron\lambda\omicron\gamma\iota\omicron\delta\omicron\varsigma$   
 Græce dicitur:  $\Delta\iota\chi\eta\iota$  & iustum,  $\Delta\iota\upsilon$  iudicium,  $\lambda\omicron\gamma\iota$  & dictio,  
 sermo.

$\Sigma\upsilon\lambda\lambda\omicron\gamma\iota\sigma\mu\acute{\omicron}\nu$ ) Est enim, Hermogene autore, syllogism<sup>9</sup> apud  
 Rhetores, applicatio alicuius facti non scripti particularis ad  
 scriptum ipsum, hoc est, legem uel testamentum, nā ut ex hac  
 coagmentatione existat forma syllogismi dialectici, uerbi gra-  
 tia: Negatur alicui facultas per syllogismum hoc modo: Mere-  
 tricis filius ne dicat apud iudices, hic est meretricis filius, ne-  
 gabitur ergo ei locus orandi.

$\pi\rho\omicron\upsilon\delta\epsilon\pi\iota\sigma\mu\acute{\omicron}\nu$ ) A  $\pi\rho\omicron\upsilon\delta\epsilon\pi\omega$  exhorter.

$\Sigma\upsilon\upsilon\tau\epsilon\lambda\iota\sigma\mu\acute{\omicron}\nu$ ) Expletium statum & perfectiuum.

$\Upsilon\pi\alpha\lambda\lambda\omicron\lambda\omicron\gamma\iota\sigma\mu\acute{\omicron}\nu$ ) Subiunctiuam,  $\alpha\lambda\lambda\omicron\iota\omicron\upsilon\omega$  nanque muto sonat,  
 quia in translatione actor uel iudex mutatur.

Mutatione) Definitiōe, in qua mutatis uocabulis una per-  
 diffinitum & diffinitionem explicatur.

Comparatiuo genere) Causarum, in quibus compara-  
 mus crimini, cuius res agitur, aliquod egregium factum, quod  
 plus in se habuerit cōmodi, quā crimen obiectum detrimenti.

$\mu\iota\tau\acute{\alpha}\varsigma\ \alpha\sigma\iota\iota$ ) Antiquum enim erat, & iam ante uulgatum  $\mu\iota$   
 $\tau\acute{\alpha}\lambda\eta\iota\upsilon$ .

In alio statu) Id est, de.

Ab Hermagora) Similiter & ab Hermogene, qui nihil  
 Hermagora

Hermagoræ rationē uelut referre uidetur, eius hæc sunt uerba eo loco, ubi de iuridicialibus statibus agitur: Fit autem, inquit, contraria accusatio, quando reus confitetur se crimen commisisse, & peccasse, uerum culpam transfert in aliquod aliud, ut in actorē, qui eo nomine merito poenas dare debeat, quod si, inquit, in aliud transfert culpā, tum rursus fit diuisio, aut enim in aliquod culpabile merito transfert crimen confessum, & facit *παράδοσιν*, aut si hoc non possit, precatur, & contendit sibi ueniam dari, causa extrinsecus adducta.

Sit'ne liber. Existimandus.

Perinde. Ac si esset liber aliquis.

Tantisper. Dum uindicatur apud iudicem ab aliquo in libertatem: Afferre enim apud ueteres iurisconsultos significat, homines quoquo modo pro seruis æstimationes in libertate uel iuris restituere.

Omnia. Ista quaestita scilicet.

Referri. Relationem aliquam mutuam fieri.

Statuum. Causarum.

Ἀξίον. Dignitatem, æstimationem, pretium.

Hoc. Scriptore.

Tribus rationibus. Coniecturae, finitionis, qualitatis.

Ratio. Statuum.

In illis. Rationalibus statibus.

In his. Questionibus legalibus.

Hos. Legales status.

Illas. Questiones.

Proprietatem. Finitionem.

Hanc qualitatem. Secundum accidens.

Quæ. Species qualitatis.

Laudariuo. Pars causarum.

Eadem. Quæ in negotiali.

Destinatis. In animo conceptis.

Negotialis. Scilicet est pars.

- Iudicium. Censura.  
 Regestæ. Repositæ.  
 Deduxerat. Conscripserat.  
 Scholæ. Disputationes.  
 Tradentis. Eius qui Ciceronis præceptor fuit.  
 Hoc loco. De negotiali statu.  
 Nos ad Hermagoram. Scilicet redeamus.  
 Hic. Theon Rhetoricæ traditor.  
 Semina. Fontes.  
 Cura nomen. Sine nominis translatione.  
 Reperiuntur. Apud Aristotelem tertio Rhetoricorum  
 ad Theodecten.  
 Has. Sequentes.  
 Voluntatis. Legum latoris.  
 Quam. Questionem legalem.  
 Ipse. Hermagoras.  
 κατὰ. Id est, iuxta uerbum, siue dictum sub exceptione.  
 Quorum. Nominum.  
 Prius. Dictum.  
 Ei. Hermagoræ.  
 Omnibus. Scriptoribus Græcis artis Rhetoricæ.  
 Exceptionis. Voluntatis.  
 Legum. Contrariarum.  
 Albutius. Rhetor Latinus.  
 Eadem. Diuisione, qua usus est Hermagoras.  
 Detrahit. Ab aceruo legalium questionum.  
 Nullum. Statum.  
 Excesserunt modum. Veniam petit, quod tam uarias  
 uariorū sententias cōgesserit, id quod certe opus fuerat, est e-  
 nim modus in rebus, sunt certi deniq; fines, ut Horatius inq̃t.  
 Et fortasse tutissimum erat. Palinodiam modeste in-  
 cinit, quod post uiginti annos nunc demum secus incipiat sen-  
 tire. Hoc Hieronymus, Augustinus, item Origenes fecerūt, et  
 Cicero



Cicero quoque facit in præfatione libri de Oratore, ubi dicit sibi quædam rudia excidisse.

Rhetoricam rem) Scilicet ad Herennium conscriptam, ut Hieronymus uult, & approbat, id quod fecisse pro tempore præceptor existimatur: Hoc quoque faciunt doctissimi quique homines nostri seculi.

Hippocrates) Compositum ex Asclepiadum genere.

Catulum) Ciuem Romanum, alij Catullum, Aldus legit Lucillum, alij Lucilium.

Particulas) Præceptionum priorum.

Didicisse) Priora.

Satisfactum uolo) Dicit propter suos discipulos sui temporis.

Persuaserim) Vera scilicet esse ea.

Hi) Quatuor.

Quartum) Legalem.

Diximus) In duobus prioribus Rhetoricæ libris.

Quæstionum) Ciuilium.

Cecidisse) Quæ sequuntur.

Actione) Iura persequendi quod alicui debetur.

Quæstio) Principalis status.

Maior summa) Scilicet fideicommissio uel hæreditatis, quibus non poterant hæreditatem uel legata relinquere: si relinquerebant, eorum fideicommissum tebant, qui capere ex testamento poterant hæreditatem, et ideo fideicommissa appellata sunt, quia nullo uinculo iuris, sed tantum pudore eorum, qui rogabantur, continebantur: Verba autem fideicommissorum hæc maxime in usu habentur: Peto, rogo, uolo, mando, si dei tuæ committo, quæ perinde firma singula sunt, ac si in unum cõgesta forent.

Controuersia facti) Id est, coniecturalis status.

Cognitor enim fieri) Tria genera sunt eorum, qui nobis in causa nostra apud iudicem adesse possunt: Patroni, qui proprie

prie erit Orator. Aduocatus, hoc est, iuriconsultus, qui ius  
psum suggerit. Et cognitor, qui omnem rei causam cognita ha  
bet, & propterea tuetur ut suam, absente uero reo.

Iudicio. Controuersia.

Interdicere. Mihi usu huius rei.

Petere. Ut tibi crederem.

Interdictum. Mihi.

Omnia. Exempla iam dicta de translationibus.

Legitimis. Veris statibus.

Prescriptionem. Iure civili constitutum fuerat, ut quibus  
na fide ab eo qui dominus non erat, cum crederetur eum domi  
num esse, rem emerit uel ex donatione, alia uel causa qua uis ac  
ceperit, in eam rem, si mobilis erat, anno ubique uno, si immobi  
lis, biennio tantum in Italico solo usu capiebat, ne rerum domi  
nia in incerto essent. Verum Iustiniano imperatori legum in  
stauratori, melior, ut ipse ait, sententia resedit, ne domini ma  
turius suis rebus defraudarentur. Ideoque cauere, ut res quidem  
mobiles per triennium, immobiles uero per longi temporis pos  
sessionem, id est, inter praesentes decennio, inter absentes ui  
ginti annis usucapiantur: Prius illud de mobilibus usucapione,  
posterius uero praescriptionem uocant.

Leges. Quibus agitur. Actio nihil aliud est, quam ius perse  
quendi in iudicio quod sibi debetur.

Species. Legalis status.

Leges. Habent.

Status. Principale caput causae.

De qua. Causa.

Sed. Scilicet ea quaestio habet caput litis.

Apertius erit. Exemplis.

Non est tale. Non est huiusmodi exemplum, ut statim ex  
intentione & depulsione oriatur status.

Causam. Principalem.

Ad id. Pertinet.

Pronuntiat. In uera causa.

Quæstio. Principalis.

Vt puto statum habet. Quæstio et status hinc oriuntur.

Ergo. Status hic.

Agis. Persequeris ius tuum.

Ignominiosus. Infamis.

Quæstiones. Scilicet oriuntur.

Illi. Superiori exemplo non nego.

Simile. Hæc conflictatio.

Propositiones. Obiectiones plenæ.

Sed. Hæc res statum facit.

In hunc. Modum.

Hæc. Morte hostis mœrere.

Cætera. Omnia exempla lœuina.

Status. Sic se habent.

Tensa. Scilicet est quæ & breuissima: Nam Geometre lineam definiunt, extensionem esse à puncto ad punctum, aut fluxum puncti in longum. Porro rectam lineam esse dicunt extensionem à puncto ad punctum.

Apertior uia. Breuissimam hanc uiarum rationem, quantum licet sectamur: sed si montes interponantur, aut paludes, aut flumen, aliquoties compendio neglecto commodiorem inuenimus, ad hunc modum Fabius tametsi breuissimo præcepto statuum doctrinam absoluere queat, mauit tamen commodiorem rationem, & rudiorem uiam sequi.

Licebat. Lege XII. tabularum.

Libertas testamentorum. Omnia per testamentum facere et hæredibus alienare. Sed lege Falcidia cautum est, ne supra dodrantem, id est, tres partes bonorum legando exhauriantur. Porro iurisconsulti hæreditatem uniuersam per assensum intelligunt: Vide titulum de lege Falcidia libro Pandectarum primo.

Deserui. Desertor imperatoris factus sum.

NOB.

Non stetit per me. Non sui culpa mea factum.

A quibus. *Scriptoribus.*

Ea prima quaestio. An res sit.

Hoc. *Quod sit res.*

Rationali parte. Admixto statu rationali.

Illæ. *Questiones scilicet uersantur.*

Disputationem. *Legum XII. tabularum.*

Philosophorum. *Philosophum Sextum Cæcilium Iuris  
consultum apud Aulum Gellium libro XX. capite 1. differen-  
tem uide, & consule si uidebimur.*

Premio. *Quod qui promeruerit.*

Quatuor. *Coniectura, Finitio, Qualitas, Legalis.*

Proposita. *formæq. Thematata, et exēplaria causarum*

Tum uocabā. *In duobus libris prioribus emis- (quædā.*

Simplicius. *Magis per uim intellectui. (sis per incuriā.*

Contemplatione. *Respectu.*

Legalium. *Questionum.*

Nitimur. *Fulcimur.*

Voluntate. *Aequa interpretatione, quam limitationem ho-  
die iurisperiti uocant.*

Cōparamus. *Vtra sit nobis accōmodata & cōueniens.*

Efficacior. *Potentior.*

Diuersum. *Vario sensu aduersarij.*

Simplicia. *Quod tantum unum statum præ se ferunt.*

Faciem. *Speciem.*

Scripti. *Verborum.*

Voluntatis. *Rerum.*

Syllogismus. *Nascitur hinc.*

Legis. *Cōtrarietatis legum, quæ ἀντινομία Græcis dicuntur.*

Iisdem. *Statibus.*

ἄμφω ἀλλήλων. *Ambiguitas.*

Generi. *Statuum legalium.*

Rerum. *Voluntatis.*

Scripti. Verborum.

Hæc omnia. Specialia.

Rationem Naturæ. modum.

Varietatem. Varium sensum.

Ratione referenda. Quam obiter adhibemus causæ naturæ.

Qua mente. Aliquid factum sit.

Singulos. Legalibus & Rationalibus.

Illud. Caput, principale.

Quo statu sit utendum. In qua parte causæ pes sit figendus.

Colore. Figura, habitu.

Vitium. Argumentorum roboris.

Pro Milone. Qui in Appia uia Clodium occidit.

Componeret. In defensionem Milonis.

In coniunctis. Causis.

Conuenit. Inter scriptores.

Generis. Naturæ.

Re. Vel hereditate.

Legibus. Ex formula legum.

Ciuis tantum. Sit in urbe.

Liceat. Per leges.

Adoptionum. Ut adoptentur ab alijs in locum filiorum.

Familiam. Naturalem.

Suntoluit. Procreauit, genuit.

Instituto. Per testamentum.

Abdicato Filio.

Lex. Ab aduersarijs.

Fit. Abijcitur.

Prior status. Questio.

Alter. Questio.

Habet. Statum.

Ante legitimum. Cum nullus nothum securus sit.

sed

Sed natus. Filius.

Voluntate. Sententia.

Nato. Tanquam non ante legitimus nato.

Argumento. Quod sequitur.

Tantum ciuis. Qui non ante legitimus est natus.

Post filius. Scilicet ne erit ante legitimos natus, quia nullus secutus est.

Legis. Ob contrarietatem scilicet.

Voluntas. Legis.

Duo status. Scripti, uoluntatis atque etiam syllogismi.

Duplex. Lex ipsa.

Volenti. Filio adoptato.

Redire liceat. Ut demus tibi quod maxime tibi liceat redire.

Idem status. Oritur.

Duobus. Nato, atque abdicato.

Eorum. Duorum.

Alter. Nothus.

Repellitur. Ab hereditate per adoptatum scilicet abdicatus, ne quid de bonis paternis capiat hic, quia pater adhuc dicitur abdicati, certum est abdicatum inter liberos esse, cum pater & filius mutuam relationem habeant.

Intestati. Presentis.

Legem. Scilicet sibi.

Status. Oritur hic.

Quia pater. Adhuc dicitur.

Colligit. Comprobat.

Petitione. Hereditatis.

Filium. Scilicet legitimum.

Legitimi. Filij.

Legitimi. Ex legibus profecti.

Tres illi status. Scilicet cadunt in controuersiam.

CAPVT

IX.

k

s

Parte.

**P**Arte. Iudicialium causarum id remotum esse.  
 A negotiali parte. Seu statu.  
 Quod ab ostentatione. Est autem hoc nomē ex  
 Ἀγυρῆος, ut Fabius ipse indicat supra in capite quodam.  
 Quæ. Genera causarum. Negotijs. Ciuilibus.  
 Munus. Laudandi & uinuperandi.  
 Momentum. Censura. Iudicium. Aestimationē.  
 Quo. More Romano.

Quæstio. Celsi, cuius supra capite quodam meminit.  
 Fortuna. Nam ta'is quisq; est, qualis est in fortunis.  
 Suis. Dispensandis, hic enim uel seruilis animus auaritia uin  
 citur, uel generosus liber alis & magnificus apparet.  
 Si eum qui ex Thetide. Id est, Achillem.

Sacri certaminis. Menæder à Philemone nequaquam pa  
 ri scriptore, in certaminibus comoediarum ambitu, numeroq;  
 & factionibus sæpenuero uincebatur, eum cū forte obuiū ha  
 buisset, quæso, inquit, Philemo, bona uenia dic mihi, cū me uin  
 cis non erubescis? Euripidem quoque, Marcus Varro ait, cum  
 quinque & septuaginta tragoedias scripserit, in quinque solis  
 micisse, cum eum uincerent aliquot poetæ ignauissimi, Gellius  
 libro xvi. capite lxxx. Propterea uidelicet, quod quemadmo  
 dum ait Pindarus in Olympijs: Gratia, quæ omnia dulcia fa  
 cta mortalibus, sæpe falsa ostendit, dies autē posteri testes sunt  
 sapientissimi &:

Maius ab exequijs nomē in ora uenit. Ut Ouidius dicit.  
 Cum reginæ Lydiæ habitum. Herculem, gigantum,  
 monstrorū, ac leonum uictorē, usque adeo in Lydia emolliuū  
 amor Omphales reginæ, ut etiam non uereretur habitū suum,  
 hoc est, leonē à se interfecti exuuiū, cū reginæ monilibus cōmu  
 tare, tremereq; haud aliter, ac timidus canis ad scuticas domi  
 næ, statoq; tempore certum fili modū à se ductum, amicæ per  
 soluere, pensa enim certa pondera sunt, quæ stato tempore an  
 tistes cōficienda attribuere solebant ueteres matresfamilias,  
 quod

qui mos & hodie apud plerasq; durat: Historiam scribit Ouidius pulcherrimè in epistola Deianiræ ad Herculem.

Pietas principis nostri. Nam autore Suetonio, impotentia tyrannidis prouectus Domitianus, in capite edictorum sic dictauit, dominus deusq; noster, id quod et Martialis indicat hoc uersu de Domitiano scribens: Edictum domini deiq; nostri.

Intestatorum. Qui emortui sunt nullo facto testamento.

Decreta, Senatus consulta.

Inter quæ. Scilicet mortuis decreta.

Monumēta. Lucubratiōes. Menæder. Poëta comicus.

Vt in Paride. Nam cum Hecuba Paridis mater somniasset se flammam parere, quæ Troiam succenderet, adhibiti coniectores interpretati sunt: Paridē filium recens natum, Troiani regni, & suipsius excidium fore, quod ob raptam Helenam Menelai uxorem postea usu uenit, uelut narrant Poëta, Homerus & Vergilius.

Et Therisitæ. Quem Homerus ad portentum usque deformem facit, capite acuminato, eoque raris capillis consperso, tum oculis strabis, humeris contractioribus ad caput, altero pede claudum, postremo graculorum instar bonis sententijs obstrepentem. Vnde ob contemptum ab Ulysse uerberibus coercetur. Hunc Homerus in nauium catalogo omnium principum, qui ad Troiam uenerint, formosissimū scribit, sed tamen imbellē.

Plistinem impudicum. Hunc Plistinem tradunt adulterino cōcubitu sustulisse Agamemnonem & Menelaum, cum aliàs Atreus legitimus pater dicatur, porro forma egregia Plistines adiutus, obrepfit uxori Atrei.

Vt Melio. Spurius Melius eques Romanus frumentū populo sua impesa largitus est, et ob id factū cōciliata sibi plebe, regnum affectans, à Caio Seruilio Hala magistro equitum occisus est, ac domus solo equata, autor est Liuius.

Marcus quoq; Manlius. Qui Capitoliū à Gallis defenderat, cum obstructos ære alieno liberaret nexos crimine affe-



Stati regni dannatus, de saxo Tarpeio d' iectus est, in cuius notam senatusconsultum factum est, ne cui de gente Manlia Marco cognomen esset.

**Perles.** Persen hunc uel regem Persarum, à quo Persæ nominati sunt, intelligo, uel quempiã nomine Persen, qui autor fuerit Persis eius legis, qua sciebant matres & sorores in con nubium adducere, id quod Catullus Epigrammate quodã in seclatur: Porro quod Ludouicus Cælius huc locum correctio rem serè in totum mutare conatur, non placet, etiam si doctissima sint quæ ad locum hunc congerit, libro x. capite xviii.

**Lacedæmoni.** De differentia gentium uide stulticiam Erasmi.

**Rapto uiuere.** Xenophon in libro quem scripsit de Republica Lacedæmoniorum, inter alia complura & mire potentiam eorum commendantia, recenset legum, fortitudinis & patientiæ uelut speciem fuisse, unde & Horatius sic ait in Odis: Me non tam patiens Lacedæmon. Et Lycurgus Lacedæmoniorum princeps, masculis pueris uictus rationem tenuissimã præscripsit, concessit &, ut si quæ insuper desiderarent ad famem restinguendam, furarentur et raperent, modo non deprehenderentur, nam deprehensis poena statuta erat, nimirum ut hac ratione bellicosiores, & in hostem ferociores euaderent.

**Laudantur autem urbes.** Sic Ausonius Treueros, & Mosellæ fluuiũ, Romam, Mediolanũ, Viennã Gallie urbem.

**Veteribus Romanis.** Vnde submouit senatu Cato Censor eum, qui decem argenti pondo domi haberet, ut refert Florus: Et Fabritius, ut est apud Gellium, ingens auri pondus à Samnitibus oblatum recipere noluit, malens in fictilium uasorum usu ipse uiuens aurea habentibus imperare.

**Frugalitas apud Sybaritas.** Populus Calabria, qui ob luxum ninium & uestium & ciborum, de se prouerbia dederunt. Nam Sybaritica mensa, prouerbialiter pro lautissima uiuendi ratione dicitur: Tum & Martialis Sybariticis libellos uocat

uocat amatorios, & obscenos. Vide *Erasmum*.

**Factorum laus generalis.** Apud *Laërtiū philosophus* quispian, opinor *Carneades*, fragilitatem humane conditionis differēs, mortem adeo plausibilem auditoribus fecit, ut plerique domū regressi, uitæ tædio mortē suis sibiq; consciuerint.

**Quorūdam à medicis ciborum.** Vt *Cato* & *Chrysippus* brassicæ laudes peculiari uolumine persecuti sunt, uelut testatur *Plinius* libro xx.

**In uituperando Catone.** Autor *Suetonius* à *Iulio Cæsare* duos libros, quos contra *Catonem* scriptos reliquit, *Anticatones* inscripsisse.

**Honesti quæstionem.** Opinio est *Stoicorum* præcipue *philosophorū*, qui omne utile honestum statuunt, quorum sententiam *Marcus Tullius* fusissime tractat, libro tertio *Officiorum*, & etiam in *Paradoxis*.

Hæc est ratio uerissima. Quod scilicet non sint utilia nisi honesta.

**Communis magis intellectus.** Iuxta uulgi sensum.

**Loquendum.** Est apud imperios

**Eas.** *Deliberationes.*

**Iugumq; Caudinū.** At uero *Tius Veturius*, & *Spirius Posthumius*: Quia cum male pugnatum apud *Caudium* esset, legionibus nostris subiugum missis, pacem cum *Samnitibus* fecerant, dediti sunt ijs, iniussu enim populi senatusq; fecerant. Eodem tempore *T. Mutius* & *Q. Aemilius*, qui tum *Tribuni plebis* erant, quod eorum autoritate pax erat facta, dediti sunt, ut pax *Samnitum* repudiaret. Atque huius deditio nis ipse *Posthumius* qui dedebatur, suasor et autor fuit. Quod idem multis annis post *C. Mancinus*, qui ut *Numantinis*, qui cum sine senatus autoritate foedus fecerat, de deretur, rogationem suast eam, quam *Lucius Furius* & *Sextus Attilius* ex senatus consulto ferebant, qua accepta, est hostibus deditus.

Hæc *Cicero* libro tertio *Officiorum*. Hic utilius certe fuisse,

præclaros illos uiros in republica adseruare. Verum quia honestas diffuasit, de diu sunt hostibus.

**Legales tractatus.** Controuersie legales, an liceat, an sit permissum legibus.

**Interim.** Dum eo perueniamus.

**De Halonesum.** Insula: Cuius titulus est hodie in codicibus Græcis ἡ δὲ ἁλυνόσων. Est autem Haloneson insula, quæ cum ante Atheniensis dittonis esset, capta à piratis, & hinc à Philippo Macedonũ rege recepta, diu in ambiguo erat utrius esset, Atheniensis'ne populi, an Philippi. Quare cum Athenienses ipsi repetundarum agerent, Philippus reddere eam quidem Atheniensibus recusauit, quod uidelicet ipse eis nõ extorsisset, sed à latrõibus redemisset, uerum doni & muneris titulo se daturum hanc uelut gratiam Atheniensium populo, id quia ignominiosum uidebatur Atheniẽsibus res bello agi coepta est, idq; ex consilio Demosthenis.

**Apud Ciceronem in Philippicis.** Nona Antoniana, De statua erigenda.

**Panegyricis.** Orationibus laudatorijs.

**Libera.** Arbitrio dicentis exposita.

**Isocrates fecerit.** Nam à laudibus eloquẽtiæ exorditur.

**Vicinia.** Cognatione quasi.

**Gorgias.** Eodem modo fecit.

**Olympico.** Laude Olympicorum ludorum.

**Conuentus.** Scilicet uniuersæ Græciæ, ut quoque quinquagesimo anno essent celebres.

**Crispus Sallustius.** Nam Catilinam auspiciatur collatione animi ad corpus, & utriusq; uirtutum. Et Iugurthinum bellum incipit à refutatione opinionis, quæ fragilitatem humane nature querebatur.

**Extrinfecus.** Aduenientis obiter.

**Concicanda.** Commouenda est aduersus hostem.

**Conciliationem.** Ad amicitiam restaurandam.

**F**as habetur. Permissum est.

**S**tudio. Gratiae.

**M**ores. Eius qui consulit.

**O**peribus: Aedificijs.

**V**oluit. Cicero ex sententia Aristotelis.

**V**ires. Facultates.

**M**ores. Leges, constituta.

**R**erum. Facultatum & morum.

**R**e. Ipso argumento.

**A**n Isthmos intercidi. Isthmos Graecis terrae angustiam inter duo maria sitam significat, cuiusmodi est in Achaia, ubi Corinthus oppidum: Tum et in Thracia. Porro destinavit Iulius Caesar Achaiae Isthmum perferre, ut maria confluerent, idemque exsiccare paludes Ponticas, autor Suetonius, sed morte praeventus non perfecit. Portum autem Hostiae extruxit ingentibus impedijs Claudius Caesar, ut in eius vita refert Suetonius.

**A**lexader terras. Alexander Magnus cum ex autoritate Democrati philosophi accepisset plures esse mundos, statuit Oceano pernavigato eos vincendos inquirere: Vnde declamationum argumenta antiquitas duxit. Innuum hoc Iuvenalis:

Vnus Pelleo iuveni non sufficit orbis.

**P**lurima. Diuersae species.

**S**ententiae rogantur. Queruntur consilia.

**S**tipendium. Apud Liuum libro v.

**S**implex. Vnum statum tantum facit.

**A**ccedunt causae. Aliquoties ad materias.

**D**eliberat Caesar. Vide Caesarem in Commentarijs.

**G**allis bellum minantibus. Gallorum rex Brenno in Haetruriae finibus Clusianos adortus, magna affectu clade. A Romanis ergo missi sunt legati ad pacem faciendam inter Clusianos & Gallos, exorta rixa regem ipsum trucidarunt. Vnde Galli commoti Romanis indixerunt bellum. Hinc deliberatio quam proponit Fabius.

**M**ilites:

Milites Deterrui ferocia Germanorum.

Hæ. Materie.

Quæstio. Simplex.

Fas. Ius gentium.

Locus. Occasus.

Hunc casum. Hanc consternationem militum.

Defecti. Destituti.

Necesse est. Deditionem facere.

Idipsum. Quod subiicitur.

Circuuenti. Ab hostibus.

Non fecerunt Saguntini. Saguntum Hispania oppidum munitissimum, cum diu frustra oppugnationem Hannibalis sustinuisset, ut quiduis potius quam fidem Populo Romano datam deditione facta frangerent, ad extrema adacti, sese unâ cum domicilijs concremabant.

In rate Opitergina. Opitergium oppidum est Italiae, non procul à Venetijs, uelut indicat Plinius lib. XIII. capite XIX. Eius ciues pugna nauali ab hostibus circumuenti, potius quam se hosti trucidandos relinquerent, mutuis cædibus sese confecerunt.

Non magis Mihi uidetur esse consilium.

Dubijs. Quorum euentus est incertus.

Tertiam partem. Suadendi.

Quas parte. Utilitatis.

Partes. Suadendi & dissuadendi.

Illic. In exemplo Opiterginorum.

Hymni deorū. Vnde ludi Apollinares in honorem Apollinis instituti sunt, & Megalenses ludi in honorem magnæ deum matris Cybeles.

Serui armentur. Nam cum multis clatibus exhausta esset Romana ciuitas, ita ut iuuentus libera ad exercitus reparandos non suppeteret, consilium factum est, & senatusconsultū, quo permittebatur seruos armari contra hostem, quando lege  
statue-

statuebatur capitalis poena seruo militanti.

Cæsar uicerit. Pompeianos, & ex sequenti fidem nõ seruatam auxiliarium ulciscitur.

Quod est uerissimilius. Posterius scilicet Cæsarem uincere.

Virisq; differentia. Hoc est, pluribus & singulis consultantibus.

Senatus. Concio omnium ciuium.

Catoni. Maximæ seueritatis uiro, & ab omni ambitione alieno.

An Caio Mario. Nouarum rerum studiosissimo, & ex altera parte ciuili belli autori, arma enim contra Syllanam factionem cepit, uelut refert Lucius Florus.

Scipio prior. Vehementis & ferocis ingenij uir.

Fabius deliberet. Lentissimi quin & mansuetissimi ingenij homo, qui quemadmodum ait Ennius apud Ciceronem de senectute:

Vnus cunctando Romanis restituit rem.

Nam Hannibalem iuueniliter exultantē, sua patientia fregit.

Proficiet. Mouebit.

Vanitas. Pro qua grauitas.

Aliquanto uero magis. Scilicet permouendus est animus eius.

Propter id. Id est, hoc argumentum.

Malorum. Scilicet ex uitijs.

Bonorum. Ex uirtutibus.

Liberare. Occasionem responsionis.

Cæsari. Sed citra utilitatem eius recta sunt, quæ proposuisti honeste persuaderi Cæsari.

Suasorias. Materias.

Hæc consilia. Parum decora.

Suadere. Scilicet sese, sed tanquam eius persona qui consilium petit, digna.

Impel-

**Impellunt.** Suadendiratione.

**Color.** Scilicet quidam honestatis.

**Loquitur.** Ad milites.

**Indignatione.** Quod uidelicet indignissimum ei uidetur, reipublicæ administrandæ gubernacula paucis quibusdam præpotentibus, & nouis hominibus in manus dari, per quorum factionem nobilitas non admodum diues, & plebis paupertas opprimeretur.

**Sic Atreus.** Qui proprios liberos occidit.

**Ambitus.** Studium honoris conseruandi, etiam per scelus.

**Hæc.** Consultatio.

**Quæ dicuntur.** Per consilium.

**Summissorem.** Mensuram quandam minorem.

**Ratio ipsa.** Argumentatio.

**Protopopœiæ.** Id est, quædo introducimus in oratione de liberatiua consilium, ad imitationem alicuius personæ compositum, uocabulum certe ipsarum personarum fictionem sonat: *πρόσωπον* personam significat, & *ποίησις* fingo.

**Aliter Cæsar, aliter Cicero.** Cæsari enim tribuit Sallustius orationem mitem, & supra modum indulgentem, dum uidelicet uel sic in Catilnaria coniuratione negat animaduertendum in coniurationis autores, idq; facit callide nimirum, quo ad clementiam audacissimi cuiusq; fauorem conciliet, sicq; aditum ad imperium occupandum præparet: Rursum Cicero, dum gloriam ueram ex patriæ libertate omnibus uiribus sectatur, mauult mortem subire, quam non uel ingenij artibus rempublicam tueri: At Cato seuerissime animaduertendum in coniuratos, uelut patriæ honestas suadet, censet.

**Duplicis est operæ.** Alterius suadendi, alterius seruare decorem.

**Vocem dabat.** Quibus accommodabat orationem suam.

**Indoctis.** Hominibus, nam si indoctus esset cui scribebat, indoctam quoque & eo dignam orationem meditabatur.

**Habitus**

**Habitus. Gestus.**

**Alio. Discrimine.**

**Hoc. Personis distare.**

**Controuersias. Contentiones iudiciales.**

**Poni. Proponi in declamando.**

**Priami uerba, Quibus exorat animum Achillis ferocem,**  
ut Hectoris filij occisi corpus reddat honorifice sepeliendum:

**Est autem locus apud Homerum ultimo.**

**Syllæ dictaturam.** Cum eam seruare licuisset, unde &  
Iulius Cæsar dixit, Syllam literas nesciuisse, quod dictaturam  
deposuisset, cuius occasione potuisset imperium inuadere.

**Hæc. Themata.**

**Substituimus. Introduximus pro nobis loquentes.**

**Pro Cælio.** Cælius adolescens hac causa suspectus erat iu-  
dicibus quibusdam, quod Clodiæ uenenum parasse diceretur:

**Verum Cicero hæc causam Cælij sic tuetur, ut substitutis per-  
sonis Appij Cæci, quem non pudeat de libidine uerba facere,**

& Clodij fratris iunioris ipsius Clodiæ, qui quod unâ cum so-  
rore concubuerit, facile promere queat, quæ se conscio sorore lē-

bidinosa commiserit, atque hac arte eludit iudicium Cicero,

quodq; Cæcilius spreuerit Clodiæ blandicias, in ius ab alijs  
adulteris uocetur.

**De poena Theodoti.** Qui cum præceptor esset Ptolomeæ

regis Aegypti, autor fuit discipulo pupillo ut Pompeium Ma-

gnum illuc ad litus appellentem in fuga iuberet interfici, &

caput eius ad Caium Cæsarem hostem deferri: Cæsar autem

uiso Pompeij capite, illachrymauit eum uirum interfectum,

cuius uita uictoriam suam clariorem reddidisset, quare delibe-  
rat, an supplicio afficiat Theodotum eius cædis autorem, ui-

de Florum.

**Permista autem est. Et utilitatis ratio, quæ proprie est  
suasoriae materiae.**

**Quæritur & de honesto. Ut nonnihil etiam demonstra-**



tuui generi accedat.

**Abrupta.** Nihil auditorem præparantia.

**Concitatam.** Vehementem, hoc est, affectibus plenam.

**Non quiritet.** Id est, non quæstionibus obturbet, quæ omni  
um maxime declamationes desiderant.

**Torrens.** Impetuosa oratio.

**Cur.** Quasi dicat, nullam ob causam.

**Nam & Philippicas.** Constant Philippicæ deliberatiuo  
genere, suadet enim Demosthenes Atheniensibus, bellum susci  
pere contra Philippum.

**Breuitas quoq.** Quæ semper generale quiddam habet:  
Porro hoc demum generale est, quod in singularibus similiter  
contingere est deprehensum.

**Namq.** in his. Historijs.

**Conciones.** Habuæ ad populum, siue milites.

**Sententiæ.** In senatu habita.

#### CAPVT XI.

**Q**uæ est quæstio. Quasi dicat nulla planè.

Aristoteles. Libro III. Rhetoricorum.

**Hoc quoq.** Hanc rationem partium causæ iudi  
cialis, quæ proponit breuiter, postea uel narranda, uel explican  
da, idem Aristoteles.

#### CAPVT XII.

**I**n pecunijs repetundis. Pecuniarum repetundarum  
in nomine, intelligimus ea omnia quæ diuitijs constant, uelut  
uestes, uasa aurea, & argentea, æs signatum: Porro actio re  
petundarum frequenter cadere solebat in magistratus Roma  
nos, qui in prouincias à senatu emissi, prouincialium opes pro  
sua libidine ardebant, adeo ut sæpe numero in tolerandis in  
iurijs ad acti prouinciales, ipsis proconsulibus actiones repetun  
darum pecuniarum intenderent, in quibus alius ob aliam rem  
ereptam, crimen diuersum intendebat, ut cognoscere licet ex  
actionibus in Verrem.

Quoniam

Quoniam Prætor certa lege sortitur. Constitutis diebus per sortem indicat seorsum, & diuerso tempore de diuersis criminibus: Olim enim dies iudiciorum per sortem paribus condicebatur, autore Sexto Pompeio.

Centumuiari. Triginta quinque tribus Romæ erant, & ex singulis tribubus terni ad priuata iudicia cognoscenda legebantur, qui iudices, Centumuiari dicti sunt, etiamsi numerus cætenarium excedat, sed appellatio sic seruata est, quoniam faciliior.

Quidam. Scilicet ex delatoribus.

Sicut diuinationes. Cum de constituendo accusatore queritur, iudiciumq; super ea re redditur, cui nam potissimum ex duobus pluribusue accusatio subscriptione in reum permittatur, ea res atq; iudicium, Diuinatio appellatur, quoniam iudicium iudicem diuinare quodammodo oportebat, quam sententiam sese ferre par sit: Aulus Gellius libro II. capite XIII.

## CAPVT XIII.

**V** Si ferè omnes exemplo. Intentio omnis: Orestem Clytemnestram matrem occidisse. Depulsio, occidi, sed iure: Ratio, quia patrem Agamemnonem interfecit: Firmamentum, sed non oportuit matrem indemnata occidere filium. Nascitur iudicatio ex firmamenti & rationis controuersia, an Orestis interfuerit patrem ulcisci, et matrem nullo iudicio damnatam occidere? Est autem firmamentum, quod ad deiciendam rei rationem ab accusatore refertur, sine quo accusatio non consistit: Inde ex firmamenti & rationis conflictu nascitur questio, quæ & iudicatio dicitur, et hoc in statu coniecturali non inuenitur, quoniam in ea non est ratio: Præiudicium dicitur res, quæ cum statuta fuerit, exemplum offert iudicaturis quod sequatur: Porro iudicium est res, quæ causam licemq; determinat, sic Asconius.

Conuicium. Obiurgatio est, qua audientes uelut ad uicium uocamus, unde iurisconsultus quispiam in Pandectis, nisi  
l me sal-

me fallit memoria, quasi conuocium dictum putat, ut sit ex-  
probratio quædam multis audientibus.

Amplificatio. Ea est, cū uerbis aut sententijs plus quæ res  
poscere uidetur, dicimus.

PETRI MOSELLANI PROTEG.

IN QUARTVM LIBRVM MAR-

ci Fabij Quintiliani, annot.

**S**anctissimus cēsor. Grauissimus estimator mo-  
rum, Augustus uidelicet Domitianus.  
Eloquētia quoque eminentissimū. Opinor  
hanc laudē maxime pertinere ad prima tēpora susce-  
pti imperij à Domitiano: Quandoquidem, Suetonio  
Tranquillo autore, in ijs modestissimū gessit imperiū adeo ut  
se perseuerasset in instiuto, inter laudatissimos refervi potuis-  
set: Porro ut in cæteris, ita & in eloquentia utriusq; lingua in-  
signis describitur à Suetonio, ut qui etiam commentaria histo-  
riarum reliquerit.

Musas inuocarent. Ut Homerus in Iliade sua ingressu-  
rus descriptionē principū, qui ad Troiā expugnandā uenerāt:  
Et Vergilius ad exemplū Homeri idē hoc in ducibus obseruat.

C A P V T I.

**Q**uid principium. Etymologia uidelicet.  
Id fieri. Ut scilicet præparemus auditorem, ut sit  
nobis accommodatior.

A personis. Iudicis, actoris, rei.

Suspicio. Immodica.

Sordium. Auaritiæ.

Videamur. Exordiando.

Patronus dabit. Ut beneuolentiam capret ab eorū per-  
sonis, quod tamen per raro fieri debet.

Negat esse proœmia. In quibus scilicet beneuolentiam  
captemus ab aduersæ partis patrono, siue etiam à iudice.

Rectum

**Rectum.** Seuerum.

**Illud.** Inuidiam, odium, contemptum inducere.

**Fecisse aliquid.** Contra inimicos iniusti.

**Tali causæ.** Vbi scilicet iudex erat suarum rerum.

**Pro regina Berenice.** Regis Ptolemæi uxore: Vnde apud Stephanum, ciuitatis nomē in Sicilia Beronice est factū, cum ante Hesperis diceretur.

**Consilio.** Dum multi iudices præ sunt.

**Nūq̄ suaserim.** Adhiberi meū corrupti iudicij p̄ minas.

**Quid uero.** Scilicet dicemus.

**Ex partibus.** Quibus constat.

**Pro Calio.** Nam miratur Cicero, quod præter consuetudinem festo die ad causam cognoscendam sederunt iudices.

**Pro Deiotaro.** Nam in oratione eius principio queritur Cicero, sibi intra angustiam priuatorum parietum dicendum pro rege, ubi eloquentiæ lucem explicare non queat: Dixit enim apud Iulium Cæsarem, & cætra.

**Habitus.** Hoc est, noui iudicij, noua forma: erat enim confessus iudicum septus magna armatorum manu, ex factione Clodiana, quare timerem sibi dicturo incuti fingit Cicero.

**Opinio.** Ne mali aliquid suspicetur iudices de Cicerone, quod cum ante semper defenderit, nunc primū accusare Verrem incipiat, multis modis hanc hominum opinionem à se reijcit, indicans urgentissimis causis ad hoc se instanti perditum.

**Rogantis.** Demosthenis.

**Accusator.** Aeschines.

**Fidutia.** Oratoris.

**Pene omnia.** Omnibus exordijs.

**Abominari.** Specie aduersariorum.

**Vanitate.** Leui mendacio.

**Pro Cloentio.** Qui reus agebatur corūpti iudicij per perniciam, ut hac ratione Albutim aduersarium damnaretur.

Niti. Firmari.

Iudicij Iuniani. Habui à Iunio, quo iam damnatus erat  
A. Cluentius: uerum res postea prouocationibus extrahatur.

Rationem ueneficij. Nam præterquam quod existima-  
batur iudicem pecunia corrupisse, et ueneficia parasse, rumor  
erat uenenum ab A. Cluentio paratū aduersantibus inimicis.

Quædam. Crimina.

Eleuanda. Leuiora facienda.

Remittendam. Diminuendam.

Pro Ligario. Quo Cicero obiecta crimina cõfitetur Cæ-  
sari, apud quem dicebat,

Expectatione. Iudicij suscepti etiam festo die.

Genera causarum. Quæ genera recipiãtur in tribus pri-  
mis generibus causarum: Nam ut in iudiciali, sic & in delibe-  
ratiuo materia occurret honesti, humilis, dubij, admirabilis, at-  
que obscuri.

Plurimi fecerunt. In quorum numero & Cicero est li-  
bro de Inuentione 1.

Evlofor, & cætera. Probatum, improbatum, in utranq; par-  
tem æstimatum, præter opinionem, minime uerisimile.

Remedijs. Arte quadam, qua iudicem conciliamus.

Et eò quidam. Ut Cicero libro 1. Rhetoricorum.

Insinuationem. Ut sit insinuatio oratio, quadam dissi-  
mulatione & circuitione obscure subiens animum auditoris,  
sic in Rhetoricis.

Surrepat animis. Iudicium.

Res sit improba. Quam petamus.

Probetur. Commendetur causa.

Et quidam. In quorum numero est Hermogenes Græcus.

Tomo II.

Causa laboramus. Parum honesta.

Propria ratione. Ex cause habitu.

Se quoque moueri dicit. Nam facilitatem & impru-  
dentiam

dentiam Rabirij litigatoris damnat & ipse, qua opes suas regi Alexandrino Ptolemæo profugo crediderat, unde de pecunijs repetundis reus factus sit Posthumus.

Apud fatigatos. Detrimentum quod possit inde euenire est, quod animi iudicium actione aduersarij sint occupati.

Alterum. Fatigationem.

Sociorum. Sicularum.

Schema. Figura sententiæ, dicitur occupatio & presumptio.

Quæ sunt. Scilicet species.

Veras. Rectas.

Facillime possunt. Rationes proœmiorum.

Ibi. Iudicio.

E re. Causa.

Fidem. Autoritatem.

Decebit. Decorabit.

Compositionis. Breuioris.

Vocis. Leuioris.

Vultus. Honestioris.

Indubitabili. Certissimo.

Accuratos. Omnino plenos.

Recepti. A iudicibus.

Conciliatis animis. Iudicum.

Feretur. Tolerabitur.

Locos communes. Contra uicia, & pro uirtutibus.

Notari. Damnari.

Nitore. Eleganti.

Diducta. Distincta uarijs membris.

Inelaboratæ. Extemporali.

Sed hæc. Sunt tractanda.

Turbati. Labi.

Destitui. Turpiter se dare.

Nusquam turpius. Esse potest quam in proœmio.

Cicatricosa. Cicatricibus affecta.

Sensus. Sententias.

Ne in caput. In iustam orationis summam.

Vtilitas. Auerſi sermonis.

Demosthenes. Vnica forma dicēdi, in oratione pro Cte  
siphonte.

Institit. Fortius mouit.

Hoc tantum indicasset. Smplici modo.

Quod idem. Langueſcere orationem.

Vt modo. In eodem capite.

Præterea. Vitiosum est proœmium.

Hæc. Scilicet de proœmio seruabuntur.

Aristoreles. Libro III. Rhetoricorum.

Apud bonos iudices. Quod uidelicet ij non affectibus,  
sed qualitate causæ ad pronuntiandum impellantur: tam hoc  
præcipue molimur proœmio, ut iudices, quisque in sua causæ  
utilitatem cõciliet. Verum apud Lacedæmonios cautum erat,  
ne quis proœmijs uteretur.

Prodicus. Rhetor Græcus.

Frigida est affectatio. Vt progressio efficiat aliquam  
sententiam.

## C A P V T II.

**P**icēs. Ager is est in Italia, sic appellatus, quasi minus ce  
lebratus & inglorius, ut est apud Ciceronem de Ami  
cilia.

Locī. Quam scriptores Ἐπιγραφῶν, loci descriptionem uo  
cant, quemadmodum personæ narrationem προσωπογραφῶν,  
& temporis χρονολογῶν, causarum αἰτιολογῶν, aut etiam  
μυθολογῶν.

Vt idem. Cicero in Verrem.

Ciceronis de discursu. In oratione pro Roscio.

Chryſogonus. Inimicus Roscij.

Ἐπιφύλαξις. Subformatio.

vcl

Vel de re constat. Cum narrationis uirtute res ita de-  
pingit oculis, ut non tam audiri, quàm spectari putetur, quod  
maxime fit proprijs uerbis, et naturali rerum seruato ordine:  
Porro τὸν Ἰταλῶν Græcis imaginem sonat, ἕρπῃ sub, quod sit uelut  
subiectæ rei imago.

Pubertas. Quando corpus pilis uestitur, tunc pubertas  
incipit.

Diuersæ partis expositio. Aduersarij pars tenetur ex-  
plicare fufius, quàm actor proposuit sub cōpendio, si cōmodum  
Rabirio Posthumio. Reo repetundarum. (fuerit.)

Conuenit. Inter autores.

Ante acta uita. Modeste & pacifice.

Alijsq;. De causis.

Tragœdij. Euripidis in Aiace.

De laude. Gloria bellica propter arma ipsius Patrocli, quo  
certamine actus Ajax per mœrorē in insaniam reductus est,  
unde postea sibi ipsi mortem conscisse narratur.

Eiusmodi narrationes. Parum plenas.

Petitionem. Magistratus.

Hic. In ea narratione.

Veneficio. Cuius reus agebatur.

Illæ duæ. Narrationes.

Excutiendi. Repellendi.

Ventum. A rege Ptolemæo.

Curationem. Administrationem pecuniæ.

Suscipisset. Posthumius.

Vel augendi. Gratia.

Iter. Per Siciliam.

Cuius. Narrationis.

Paulo antè. In principio huius capitis.

Soluendos. Recreandos.

Proserpina. Quæ sita à matre Cybeles.

Comparatum. Inuentum.



Conciliator. Magis fauens.

Sed hoc. Hunc ordinem.

Nisi forte. Quod absurdum est dicere.

Pro Milone scriptam. Nam non pauit eam causam, sed armatorum, qui iudicium seesperant strepitu deterritus, in media causa obmutuit, & quod uoce non poterat, domum regressus calamo Miloni præstitit.

Præpositis. Disputatis.

Distulisse. Protulisse.

Præiudicatione. Quæ prima est quæstio post proœmiū.

Quæ est secunda. Quæstio.

Gratiam. Clodij.

Quod fiet. Qui ordo orationis.

Cauendi. Excipiendi.

Flagitijs. Grauibus sceleribus.

Criminibus. Accusationibus.

M. Cælius. Adolescens perditus.

Petulantia. Procacitatis.

Deinde. Nonne?

Ipsius. Sceleris.

Actione. Oratione, accusabatur enim ab amicis Clodie nobilis matrone, tanquam pro ære quod debebat ipsi mulieri uenenum parasset.

In quibus. Ludis.

Certa quædam. Argumenta.

Ideoq;. In scholis suo loco, contra suam partem.

Meditatio. Præexercitatio.

Vtrunq;. Seorsim.

Scholasticis. Declamationibus.

Zelotypum. Maritū: Zelotypus maritus dicitur, qui cū uxoris pudicitie non credat, eam quibus potest rationibus in a deformat, ne corporis elegātia alios in sui amorem alliciat pelliciatq;, nomē sumptum est ab emulatione formæ, *ἐμύλησις* & emulatio

latio dicitur, & τὴν & forma.

Malæ tractationis. Quod se male tractet, uel enormis  
lesionis.

Aristoteles. Libro III. Rhetoricorum.

Per medium. Mediocrem modum narrandi imitari.

Quo. Id est, quare.

Esse uerisimilem. Nam nisi uera esset ista narratio, haud  
quaquam posset tota pro nobis esse.

Non tamen exquisitis. Parum obuijs autoribus.

Quæquidem uirtus. Perspicuitatis.

Nescias præstare, & cætera. Dubitare quis poterat,  
utrum minus uelint proprie loqui, an minus possint, ad imitandum  
Fabii hoc sermone istis nouatoribus & facultatem & uo-  
luntatē puræ orationis, & ad hunc modum exponit Fabij uerba  
Erasmus in commentarijs de Verborum & Rerum Copia.

Rerum. Dicendarum.

Funis. Quo nauis è puppi alligat reticulo alicui ipsius por-  
tus, sic enim exponit hunc locum Syontinus Pontifex, quem  
admodum uides epistola I. libro I. quo legere mauult auram, ne  
que desunt, qui diuersam lectionem secuti, oram legunt, ut sit  
sensus, soluere oram, a litore discedere: Ego tanto codicum co-  
sensui, qui oram habent, non repugnare audeo.

Σύντομον. Concisam, à σύντων sciendo & σύν, id est, con.

Ταυτολογίας. Id est, superfluas locutiōes, per iterationes in-  
telligo quas Grammatici uocant ἐπανόληψις et ἐπαναλογία,  
id est, reparationes & iterationes eiusdem sententiæ, id quod per  
eadem uerba.

Apud Ciceronem. In oratione pro Aulo Cecinna.

At partitio. Quod secundo loco criminandum.

Quod Cicero. Pro Quinto Ligario, reo læsæ maiestatis  
apud imperatorem Iulium Cæsarem.

Mimis. Fabulis.

Præparationes. Faciendæ,

Latuerint. Irrescript in animos iudicum.

**Simplicitatis imitatio.** Ut enim homines simplices in mendacj suspicionem haud temere ueniunt, ita quoque hæc morum simplicitatem imitata aliquoties plus fidei meretur q̄ arte contorta, unde etiam prouerbio dicitur: Veritatis esse simplicem orationem, et pueri ætate simplicissima in prouerbio at tribuntur ueritas.

**Festinatō.** Festinanter.

**Hæ sunt.** Videlicet rationes.

**Magnificentiam.** Rerum & uerborum.

**Μεγαλοπρίπρον.** Magnificentiam, per Aristotelem in Moralibus, μεγαλοπρίπρον uirtus est eorum, quos magna decet, ut illustrium uirorum et principum, id quod uocabulum indicat, quandoquidem & Græci μέγας μέγαν, magnus dicitur, & πρίπρον decorum. Constat autem magnis sumptibus faciendis in utilitatem publicam, hinc transfertur ad orationem, quæ nihil habeat humile, nihil uulgare, siue res, siue uerba spectes.

**Submittendum.** Diminuendum.

**Ενώρυρον.** Velut lucem quandã orationis, partim in Partitiōibus, partim in de Oratore, partim in Topicis, qui hanc uirtutem ea parte considerant, qua reddũ sermonem efficacem, & uelut plus operantem, ab opere ενώρυρον uocant, ενώρον enim Græcis opus significat, & sic utitur uocabulo hoc diuus Hieronymus in epistola quadã ad Paulinam sic inuens: Habet ne scio quid latentis energie uiua uox, & in aurem ab ore præceptoris diffusa fortius sonat, tametsi uulgares codices fere omnes ενώρυρον habent: Porro qui lucem quam rebus adfert spectant, ενώρυρον uocant, quod ὀξύς lucidum & clarum Græcis significet: Et secundum hunc modum accipienda est hoc loco apud Fabium, quando ipse uelut speciem subiicit, quam ipse euidentiam ueritatis, & perspicuitati uelut speciem subi-

Moratam cum dignitate. Mores & sensum hominum communem præ se ferentem, & experimentem.

Prætereundā narrationem. Ut Cicero in II. de Oratore inclinat in hanc partem.

Actione. Ratione, genere, natura, penè quando aduersarij actio non id intendit, quod commissimus, aut plus intendit quàm sit amissum, aut leuius commissum grauioris nomine accusat, ut si quis furem sacrilegij accuset.

Ingenuum stuprauit. Ad legem Iuliam de stupris & adulterijs, statuitur stuprum cõmitti in muliere ingenua, uel libera, uel uidua, etiam in uirgine & puero.

PETRI MOSELLANI PROTEG.

IN QVINTVM LIBRVM MAR-

ci Fabij Quintiliani, annot.

CAPVT II.



De præiudicijs. Præiudicium, inquit Afernius Pædianus, dicitur res quæ cū statuta fuerint, affert iudicaturis exemplū quod sequant.

De rescissis. Annihilatis uidelicet per cognitionem iudicum, cuiusmodi iurisperiti in officio sum uocant, de quibus rebus est apud Valerium Maximum libro VII. capite VII. & VIII. Tum & in Pandectis.

Qualia in Oppianicum. Hic enim Oppianicus de ueneficio Aulo Cluentio parato accusatur, ad quod conuincendum adhibet Cicero iudicium, quo libertus Fabritij damnatur, quæ si uenenum is exhibiturus fuisset.

In reis deportatis. Relegatis, quemadmodum fieri solebat in quadam capitis diminutione, cum ciuitas quidem amittitur, sed libertas retinetur, quod accidit ei, cui aqua & ignis interdictum fuerit, qui uel in insulam deportatus est, sic Iulianus libro I. Institutionum de capitis diminutione.

In duas hastas. Hinc est quod Valerius Maximus iudicium centum-

centumuiralium sæpe iudicium hastæ uocat: ipse certe quamquam apud idoneos scriptores de hac antiquitate nihil comperit deprehendi, coniecturis tamen aliquot adducor, Centum uiros iudices in duas partes distributos, ut causas à priore parte iudicatas, posterior denuo accuratius recognosceret discutere: itaq; si in causa aliqua altera pars pronuntiavit, potuit ex sententia hoc firmamentum adferri, quo minus recognitio posterioris partis iam facile in aduersum pronuntiare ausa fuerit.

**Aduersus consulta.** Decretum enim senatus conscriptum erat, eadem Clodij contra rem publicam esse, quod iudicium ad causam Milonis pertinet.

**Signatum.** Nam si argentum omne legatum est, & signatum argentum est quoq; argentum, sequitur & hoc legatum, siquidem signatum argentum species est argenti.

**Quæ mater familiâs.** Huiusmodi enim uxor apud iuris consultos tantum dicitur mater familiâs

**Alterâ.** Scilicet quæ tantum uxor erat.

**Probatis.** Scilicet moribus in manum & potestatem cum uniuersa dote uenit.

**Alterâ.** Quæ simpliciter uxor est, et suum habet peculium, sibiq; non marito lucratur.

**Absolutum Catilinam.** Hic enim cum minorem Africam Prætor expilasset, à provincialibus reus repetundarum factioe optimatum absolutus est, nisi quis malit referre ad mitem plane sententiam, quam de huius coniuratione dicit Cæsar apud Sallustium in Catilina.

### CAPVT III. ET IIII.

**P**ars. Actionis.

Alijs. Stupidis.

**Publicum testimonium.** Ut adulterio polluisse sacra, quæ matronis adire tantum concessum erat, uiris autem capitale, atq; Clodius ut indicat Cicero, muliebri habitu indutus, nocte ingressus, et ab aliquibus matronis agnatus, sacra omne

omne perturbavit.

Quem. Liberum aut seruum.

Causa. Præsumptione.

Quis. Torfit.

Iniquam. Duram.

Metum. Religionem.

## CAPVT VI.

**Q**ui deos. Vt Epicurei, Diagoras, Lucianus, Plinius.  
Nullo offerente. Iurandi conditionem.

Id. Iurandum.

Cognitio. Qui cognoscit causam.

Qui. Iudex.

Atque id agi. Moliri, spectari.

Occupaturum. Ante capturum.

## CAPVT VII.

**C**irca testimonia. Circa ea quæ per tabulas aut per  
testes formantur.

Significatio. Emphasis.

Voluntate. Coactus.

quo ipso. Facto.

Contra quem. Et per hoc suspectum se reddit, quasi ex  
odio det testimonium magis quam ueritate.

Præsentibus. Testibus.

Actionum. Accusationum.

Nixa. Firmata.

Inuadere. Accusare.

Eleuata. Infirmata, quemadmodum in oratione pro Lucio

Flacco eleuatur testimonium Græcæ nationis, sic enim Cice-  
ro ait: Veruntamen hoc dico de toto genere Græcorum: Tri-  
buo illis literas, do multarum artium disciplinas, non adimo  
sermonis leporem, ingeniorum acumen, dicendi copiam: de in-  
de si qua sibi alia assumunt, non repugno, testimoniorum reli-  
gionem & fidem nunquam ista natio coluit, totiusq; huiusce  
re

rei quæ sit uis, quæ autoritas, quod pondus, ignorât. Vnde est illud: Da mihi mutuum testimonium. Non Gallorum, non Hispanorum putatur, totum istud Græcorum est, ut etiam qui Græcæ nesciunt, hoc quibus uerbis à Græcis soleat dici, sciant. Porro hæc ipsa oratio, indicat omnes homines hic à Fabio notatos, quibus refelli possunt testes.

De auditionibus. Qui audina testantur.

Diuersa. In foro.

Argentium. Ostendentium.

Illa. Scilicet diuersa.

Confitentium. Quasi inuini.

Satis est. Scilicet eis contra quos dicturi sunt.

Per hoc ipsum. Testimonium.

Euocare. Expiscari.

Propositi. Animi.

Pederentim. Prouerbiū à tentanda glacie tractum con-  
creti primum fluuij.

Interrogando. In iudicio.

Incessere. Inuadere reprehensione.

His temporibus. Vtpote Demosthenis.

Post finitas. Scilicet in medijs actionibus.

Peruicax. Malignus.

Prudens. Qui usu rerum est edoctus.

Efficere. Comprobare.

Ex medio. Sumptis è uulgari consuetudine.

Frigus. Ineptitudo.

Artes. Fraudes.

Subsellia. In eo loco, ubi aduersa pars est.

Noceat. Aduersetur parti.

Quorum mentionem. Quarum artium.

Testatio. Literarum.

Testes. Præsentes.

Illa. Testationis.

Quæsitum. Dubitatum, pugnatum est.

Religionem. Iurisiurandi.

Ingenia. Quibus argumenta inueniantur.

Hinc. Dicitur.

In his. Argumentis.

In illis. Testibus.

Vtrinq; Ab utraq; parte litigantium.

Quæstio. Controversia.

Ipsis. Testibus.

Omnibus. Præfagijs.

Duplicem. Verborum.

Stoicos. Qui deum omnia providere putant.

Coniectorum. Interpretum somniorum.

Mathematicorum. Astrologorum.

Amœnioribus. In affectibus tractandis.

Traduntur. Videlicet ab Homero libro IX. *Odyssæe*.

## CAPVT VIII.

**G**Raminis. Herbae Plinius libro XIII. capite XVI. Icton arborem facit, quæ Celte alio nomine dicatur, cuius baccæ fabarū magnitudine tam sunt dulces, ut gēti etiam ab earum usu nomen sit inditum, siquidem Lotophagi dicant, et hoc certe ab arbore Homerum intellexisse apparet, alioqui & genus herbae est, de quo forsā memoria lapsus Fabius hic sentit, nisi quod quibusdam placere uideo, ut germinē legat. Mihi si detur libera suspicandi facultas, à semidocto aliquo & temerario castigatore putauerim arborem in germē cōmutatam, nimirum qui de herba Loto aliqua legerit, de arbore autem nihil.

Nec ulla res probari. Vnde cum alij loci emergunt à genere ad speciem, à maiore ad minus, ex pari uero fingunt locos à similibus, à definitione, ab interpretatione, à specie ad genus, ac à minore ad maius.

Quadruplex ratio. Quæ scilicet argumentando apparet;



ret: Fiunt autem argumentationes rhetoricæ, ut plurimū condicionalibus, quorū formæ quatuor sunt usitatissimæ: De quibus hic Fabius, & copiosius M. Cicero in Topicis, & Boëthius ex Theophrasto in libro de hypotheticis syllogismis, tū Georgius Trapezuntius, et Martianus Capella uterque in sua Dialectica.

## CAPVT IX.

**T**ΕΥΧΡΙΣΤΑ. Aristoteles Rhetoricorum primo, capite 3. & Hermagoras. c. iiii. Verisimilia.

Idcirco ingreditur qui mouetur. Quia locus arguendi affirmatiue à specie quidem ad genus ualet, à genere uero ad speciem non est nisi negatiua consequens: recte enim sequitur, qui non moueatur eum nec ingredi.

Virginem Athlantam. Filiam regis Colchorum, uenâ di studiosam, à Meleagro amatore in hoc apri capite donatâ, etsi Suidas Acasti cuiusdam filiâ facit, quam Peleus adamauerit: sed de alia sentit opinor, prioris mentionem facit uetustissimus poeta Græcus Musæus.

Deferuntur. Litigatoribus.

Areopagitæ. Iudices Athenienses, qui in Ariopago loco Marti sacro, hunde & nomen habet, cognoscebant causas tantum capitæ. Autor Iulius Pollux.

Spurtij Melij. Spurius Melius, ut narrat Liuius libro quarto, populum Romanum annonæ penuria laborantem, frumento distributo ita sibi conciliauit, ut spem regni conciperet. Verum cum innotuisset, gladios ac tela in eius domum cõportata, cum iudicium huic indictum re fugeret, à Seruilio Hala magistro equitum cæsus est.

Marcij Manlij. Manlius cum æs alienum, quo populus demersus erat, sua largitione dissoluisset, in suspicionem regni affectati uenit, ex Capitolij arce præcipitatus supplicium deus. Liuius in quinto.

## CAPVT X.

**E**Nthymemata. Conceptus animi.

Epichere mata. Inchoata argumenta.

Apodixes. Demonstrationes.

Interpretamur. Ex ratione Græcæ uocis, quæ deriuatur à uerbo ἐνθυμῶμαι, quod cogito & in animo cōminiscor significat.

Sententiam. Vt: credo hūc autorem huius cædis, quia heri cum occisoribatur.

Tertium. Scilicet intellectum.

Contrarium. Quia ex contrarijs rationem trahat.

Imperfectum. Qui tantum duabus propositionibus exponatur.

Quod sanè. Totidem partibus concludere syllogismum.

Vulgus aggressionem. Quia ἐπιχρησῶ aggredior significat, & ueluti operi manus ad moueo, ab ἐπι, quod ad significat, & χερῶ manus, ut intelligas hoc uocabulo quandam argumenti quasi præparationem & destinationem, etiamdū suis partibus non explicatam.

Γραμμῶσι. Lineares demonstrationes.

Quæque earum. Vt quid sequatur ad quaque rem, uerbi gratia, sequitur ad inuidiam nocendi cupiditas, unde argumentum trahitur pro reo contra actorem inuidum, sic in iuvene luxurioso facile hæret crimen adulterij uel stupri, amicitia in senibus, ueneficium in nouerca.

An credibile sit. Et Horatium in Arte Poëtica quid cuique ætati hominum uel gratum uel aduersum sit, uerbis aliquot præscribit: Porro, meo iudicio, non est compendiosus, nec ad hanc doctrinam, ut felicissime discere liceat, quàm ex Comædijs & Tragædijs.

Alioqui indubitata. Si semper usuuenirent.

Aut scarum ducas. Quoniam, autore Plinio, libro IX. cap. LIII. & Opiano de natura pisciū, in Rhodio mari agn-

EA porro sunt genus. Triplicē intellectum apud Porphyrium philosophum habet uocabulum Genus, primus est, quod niam omnes eiusdem familiæ collectos uniuersim generis appellatione cōprehendimus: alter non admodum à priori discrepat, siquidem familiæ originem, ac uelut caput hoc modo genus d. cimus: hæ duæ acceptiones hoc loco à Fabio designantur. Porro tertius, dialecticorum est, apud quos est genus, quod de pluribus speciebus subiectis dicitur, ut animal de homine & e quo.

Similes maioribus. Hinc est quod Euripides dicit, nisi generis fundamentum recte iactum fuerit, necesse est infelicem esse, qui inde nascuntur. & profecto Plutarchus in commentario de liberis educandis plurimum interesse censet, quibus quisque parentibus nascatur, etiam quod ad ingenium & mores attinet: Quare Diogenes cum petulantem adolescentem conspiceret: Vere, inquit, pater ebrius te profeminauit.

Petulantia. Audacia.

Contraria. Deformitas & imbecillitas.

Studia. Professiones.

Forensis. Rabula.

Commotionem. Affectionem.

Consilia autem. Cōsilia hic accipe, quasdam animi introductiones, & quasi uoluntates, ut cum dicimus, nescio quo cōsilio hoc factum sit, & Græci significantius hoc ostēdunt, apud quos consilium à uoluntate nomen habet, siquidem ββλοματi uo lo, & ββλi, ūs, consilium.

#### C A P V T XI.

**C**VIUS manu Pyrrhus. Nam cum uictor Argos ingressus esset Pyrrhus, & pauperculum quendam obuium equo prosternere pararet, anicula quædam, periclitantis filij casu mota, rupta è tecto tegula, eaq; in Pyrrhi ca put deiecta hostem occidit: Plutarchus in uita Pyrrhi.

Scipio.

Scipio. Malo tamen hoc loco eum intelligere, qui primus omnium suorum alijs detrectantibus, contempto mortis periculo, hostilem murum transcendit, cuius meminisse Lucius Florus libro quinquagesimo octavo.

Illæ quoque fabulæ. Gellius certe libro II. capite circiter penultimo, magna cum laude fabulas illas, quibus inter se muta animatæ confabulatur, Aesopo tribuit: At quia Quintilianus noster hoc loco tractationem quidē earum in soluto & simplicis orationis uel sermonis genere Aesopo permittit, sed originem planè refert ad Hesiodum, hac nimirum usus coniectura, quod in Hesiodi Georgicis subinde eadem fabulæ narrantur, atque etiam ad allegoriam trahuntur: iam constat multis seculis Hesiodum Aesopo antiquiorē, adeo ut apud Plutarchū historie scriptor Ephorus uel Homero uetustiorē faciat, nec admodum à Fabij iudicio dissentiri Calistratus Græcus scriptor, in imaginum descriptionibus.

Αἰώωνος. Suspicio plane librariorum incuria uerbum omissum, neque enim Græci hoc fabularum genus simpliciter αἰώωνος nominant, sed ab autore sic cognominant, ut testatur idem Calistratus in descriptione imaginum. Atque haud scio an non ex eadem scripturæ consideratione coniectura sumi possit, hic legendum αἰώωνος nomine possessiuo, porro αἰώωνος sonat ab Aesopo factum uel scriptum.

παροπίος. Hinc enim Græcis prouerbiū habet nomen, quod cuius iuxta uiam, uel obuium sit, à παρὰ quod iuxta, et οπίος uia.

Non nostrum. Ad hunc modum & legi & exponit Erasmus in tertia Adagiorum editione, indicans ex epistola Ciceronis ad Atticum hunc usum esse prouerbij, si quis prouinciam ad se non pertinentem, aut parum uiribus aptam recuset, neque enim munus huius est gestare cliellas, sed asinorum, & mulorum.

Vt aquam frigidam. Haud scio an non rectius legatur

frigidam, ut simpliciter intelligas hoc morbi genus, quod frigore concuitt uniuersa membra, genus plane appositū febris: nam ut à feruendo febris dicitur, quam immodice calor uehat, ita contrarius morbus à frigore immodico, à Fabio frigida dici potest uideri: Græci certe utrunque genus suo uocabulo efferunt: etenim febrem calidam ab igne πυρεθν uocant, frigidam uero à mari & aquæ rigore ὑπιολλον dicunt, et ad hunc modum his uocabulis usus est Lucianus. Porro ueteres Latini frigidas febres ex legibus XII. tabularum querqueras nuncuparunt. Nihil autem uetat quo minus ad maiorem curiositatem eorū, quos hic damnat Fabius, frigidam aquam legamus, ut quæ noxia uideatur pota febrientibus.

Homeri uersu. Homerus hac de re II. Iliados scribit, & certe Aristoteles Rhetoricorū I. hos Homeri uersus agnoscit.

## CAPVT XII.

**B**agoam. Celebrat præter alios Bagoam Lucianus locis aliquot, ut qui Alexandro Magno fuerit in delicijs. Megabysum. Et hic inter effeminatos Darij regis concubitores refertur, certe Plinius recenset quendam sacerdotem hoc nomine, libro XXXV. caput x.

Doryphoron. Celebratum puerū, cuius uiriluatem etiā pictura et statuus honoratā tradit Plinius XXXIII. cap. VIII.

## CAPVT XIII.

**N**ihil autem aliud melius est mundo. Apparet plane, hoc quod Rodolphus Agricola, homo ut doctissimus, sic & diligentissimus libro Dialecticorum I. affirmat, Fabium ipsum tametsi artificem differendū summū, quod ad tractanda argumenta pertineat, paululum negligentem, obire magis aliorum quàm suam referre sententiam, id quod uel hic locus indicare poterit, nam cum in proposita ratione prædicari faciat, id quod ut assumptio sit negatiua, iuxta Aristotelis sententiā in Analyticis, nihil inferri poterat aliud quàm

quam negatiuum, hic autem affirmatiue cōcluditur, mundum animale esse, & per hoc haud dubium quin improba sit ratiocinatio. Huc pertinet quod hodie Dialecticorum uulgu tradit, conclusionem semper deteriori præmissorum inherere: nam si altera horum fuerit negatiua, & conclusio negabit: & si particulariter proponatur in altera, conclusio quoque eandem rationem imitabitur, quamobrem tametsi inuitus sic mutandã esse sentio lectionem, ut aut sine uel præter rem legatur, id quod ratio subiuncta satis aperte demonstrare uidetur. Cæterũ hæc propositio aut confessã est, ut: qui beatam uitam uiuere uolet, philosophetur oportet, hoc enim conceditur, aut proxima probanda, ut mors nihil ad nos.

Cætera sequi. Nisi confirmata prima parte non possunt.

Est & assumptio. Aristoteles priorum resolutoriorũ capitũ uigesimotertio & quarto probat manifestissime, recte argumentandi forma seruata in omni figura ex falsis quidem datis colligi posse uerum, at ex ueris non nisi uerum, quare subolet mihi certe mōdum esse in uerbis Fabij et in priore parte legendum, falsa intentio, & postea uera cōenxiõ in hunc modũ, sed ut ipsa esse falsa si illa uera sunt nunq̃ est falsa connexio.

ΤΕΤΙΜΟΝ. Sic maxime diuidunt Dialecticam Stoici, quemadmodum in sua Dialectica indicat Martianus Capella, uide licet ut ratio inueniendi & eliciendi argumenta ex locis quos uocant appelletur ΤΕΤΙΜΟΝ, uerum ea scientia, quã iam inuenta argumenta & è sedibus suis educta in modum ac figuram recte ordinantur, nuncupatur Græce κΡΙΤΙΜΟΝ, hoc est, iudicatoria, ἀ κρινω quod iudico est, unde κριτής.

## PETRI MOSELLANI PROTEG.

IN SEXTVM LIBRVM MAR-  
ci Fabij Quintilianii, annot.



**V**lnere orbitatis. Alludū Fabius ad etymo-  
logiam orbitatis, si quidem oculi ob rotundita-  
tem orbis dicuntur, unde quia liberos nostros  
non minus q̄ oculos ipsos amamus, qui liberis  
spoliantur per ἀντίφρασην orbi dicuntur, quæse  
oculis capti: Porro Fabius noster hic per lumē oculū intelligit.

**Q**uod nefas erat. Subindicat Fabius per hoc quod dicit  
nefas erat, didicit enim homo cordatissimus Platone præcepto-  
re, non fas esse ex hoc corporis carcere emigrare, antequam is  
qui ante animam indidit, hoc est, deus ipse iubeat, quæ diuina  
planè sententia tractatur copiose apud Platone in de Repu-  
blica, & Ciceronem in somnio Scipionis, quod ex dicto Plato-  
nis libro tractatum est.

**I**gniculos ingenij. Hic uocat quasdam futuræ erudi-  
tionis uelut scintillas, unde maxima eruditiois flamma postea  
sit profectura, breuiter uocat sic Cicero animi nostri propen-  
sionem, uel ad uirtutes, uel scientias, idq; Platonicorum mor-  
re, qui animis nostris scientiarum omnium atque uirtutum se-  
minaria innata statuunt, quam quæstionem tractat Plato in  
Memnone.

**I**llius. Matris scilicet noīe, quæ ante filium erepta doloris  
sensu caret, ut uel hinc appareat supra felix legendum esse.

**F**losculos. Indicia & spem futuræ eruditionis.

**I**nfelicē conscientia. Quæ ea nouit, quæ nihil profunt.

**M**anes. Per umbram & animam filij mei, & uxoris.

**F**ulminis. Quo postea prostratus proiectusq; est.

**F**estinatam maturitatem. Sic in primo libro præcox  
illud ingeniorum genus, idem Fabius non temere unquam ad  
frugem peruenire asserit, & Accius tragœdiarum scriptor a-  
pud Gellium sic ait: Quod in pomis est, itidem esse aiunt in in-  
genijs.

genijs, quæ dura & acerba nascuntur, post sunt mûia, atq; iucunda: Sed quæ gignuntur uicta, & mollia, atq; in principio sunt uiuida, non matura mox fiunt, sed putrida, relinquendû ignitur ingenijs, quod dies atq; ætas mûificet: tum Cato apud Plinium libro septimo hoc idem testatur: Senilem iuuentã præ maturæ mortis signum, ad Helium scribit, & Plinius ipse magna hominum admonitione scribit, qui spectatissime florent celerrime marcescere, libro XXI. capite 1.

**Inuidiam.** Fatorum & prouidentie.

**Spes.** Præmaturæ iuuentæ.

**Errorem.** Id est, moribundam & euanidam opinionem, agere enim animam, est luctari animam cum corpusculo.

**Tuos ne ego o spes inanes.** Imitatio est Ciceronis in oratione pro Milone in eplogo.

**Fugientem spiritum.** Alludit hic Fabius ad Hippocratis, & quorundam aliorum ueterum sententiam, qui animam aliud nihil esse putarunt, quam spiritum & flatum per omnes corporis partes diffusum.

**Adoptione.** Id est, per hoc quod consul adoptauit nuper in filium.

**Atticæ eloquentiæ.** Inter omnia eloquentiæ genera, nullum magis celebrat scriptores q̄ Atticum, propterea quod inter Asianû, quod nimia copia reducat, & Laconicû nimia breuitate accisum, mediû sit, utrinq; temperatû, id quod indicat Cicero, cum alibi, tum in Oratore Perfecto, quem librum qui legerit accurate, haudquaquam dubitabit, quin hoc loco Atticæ eloquentiæ legendum sit: Sed & Terentius in Eunuchio per ironiam omnibus numeris perfectam eloquentiam in milite glorioso ostendere uellet, ait in persona Gnathonis: Dixit in hoc Atticam esse eloquentiam.

**Candidatum.** In Romana republica qui ambiebant magistratû, digni eo honore, candidati uocabantur, quonia candidi uestibus erant amicti, nimirum ad integritatem morum atque



innocentiam ostendendam, per quam magistratu digni uideri possent, hinc per translationem candidatum eloquentiæ dixit Fabius, pro eo, qui non multum abstet ab huius gloriæ palmâ.

**Superstes.** Adscribendum est hoc loco ante superstes, patrens amisi, uel simile aliquid: alioqui nullus colligi potest sensus, ut sit ordo: Te omni spe Atticæ eloquentiæ candidatum patrens amisi, superstes tantum poenis siue ad poenas, has si nõ cupido lucis, certe patientia uindictet à reliqua meâ etate.

**Ad crimen fortunæ.** Hunc locum Plinius uelut exponens libro secundo capite septimo sic ait: Toto quippe mundo, & locis omnibus, omnibusq; horis hominum uocibus fortuna sola inuocatur, & una nominat, una accusatur, una agitur reâ, una cogitur, sola laudatur, sola arguitur, & cum conuictis colitur, uolubilisq; à plerisque uero & cæca est existimata, uagâ, inconstans, incerta, uaria, indignorumq; faulrix, huic oia expensa, huic omnia feruntur accepta, & in tota ratione mortalium sola utranque paginam facit. Et Luuenalis satyra x.

Nullam numen abest, si sit prudētia: sed te

Nos facimus fortuna deam, cœ oq; locamus.

**Sua culpa dolet diu.** Quod uidelicet ex animo amet, atque excutit tristitiam, et uiri est omnia mala extrinsecus obuenientia pectoris robore fortiter perferre: tum Stoicis autoribus nihil malum censendum, quod non nostro uitio contingat.

**Effecta.** Elaborata, expolita.

**Fortunæ.** Quæ ingenium tot malis oppressit.

**Alioqui.** Præter calamitatem qua obrutus fuerat.

**Propter hoc.** Quod uidelicet tot malis ingenium nostrum debilitatum fuerit.

**Illam.** Inuidiam fortunæ.

**Boni autem consulere.** In bonam partem accipere.

## C A P V T I.

**S**equeretur. In numeratione partium orationis.  
**Rebus.** Resumendis, repetendis.

**Αναμειψαλλοιωσις.** Siquidem *μερῶν* Græcis caput significat, & cuiusque rei sententiam. Hinc uerbum *μερῶν*, quod significat in capita & summas colligo, tum *ὀρεῶν* rursum & retro significat. intellige ergo etiam Græci nominis ratione, per causæ totius summas & capita.

**Decurrendum.** In peroratione, uel peroranti, non etiam immorandum singulis repetendis.

**Alioqui.** Nisi hoc feceris.

**Impotentem.** Id est, potentē, qui abutantur sua potentia.

**Inuisum.** Qui omnium inuidiæ subiacet, & per hoc ostēdit infamiae fore iudicibus absolutiorem Vatinij.

**Iudiciorum.** Quibus hactenus absolutus esset Verres.

**Singula.** Scilicet dicta sparsim in oratione.

**Turba.** Hoc est, cum aceruatim & indigestæ oculis iudicis, quæque causæ capita subijcit.

**Liberius in peroratione.** *Επιλογος* Græcis sonat collectionem cum delectu: Siquidem deriuat à uerbo *ἐπιλογος*, quod significat eligo. Manet ergo ex uocabuli quoque ratione, ex toto orationis corpore, summas tantummodo & capita rerum, & uelut ordines in perorationem colligere, quæ si animo concipiuntur iudex, nihil periculi sit etiam si alia forsitan exciderint.

**Summa.** Caput artis.

**Atrocitas.** Grauitas.

**Anfractus.** Posset legi pro anfractus tractatus, simplicius enim esset, & Fabio magis dignum.

**Demosthenes.** In oratione qua pro se in Midiam dixit.

**Seruius Sulpitius.** Orator & iurisperitus, cui M. Cicero de claris oratoribus iuris ciuilibus scientiæ palmam tribuit, quique, ut idem testatur, in secunda arte, hoc est, iurisperitorum literis maluit esse primus, quàm in prima arte, hoc est, eloquentia, secundus. Quare obiter, & præter professum eloquentiam tractauit.

**Hoc genere.** Commendationis.

*Afinius. Gallus.*

*Ex personis. Cum Orator assumit sibi personam litigatorum.*

*Proportione. Mutuo quodam respectu inter duo, ut quæ ad modum sese habent quinque ad decem, sic decem ad uiginti.*

*Imperu. Principio & in initio affectus.*

*Frigescere. In morando.*

*Descendit. Cui aliquid detrahitur in progressu.*

C A P V T II.

**T**Abulam supra Iouem. Duplex hinc accipi poterit intellectus, quod scilicet & in ipsum Iouem, tanquam facti pestem subpinxerint, uel quod depictam tabulam supra Iouis statuam Capitolio appenderint. Neque enim quisquam commissurus uideretur, ut mendacij et sceleris sui deos uelut probatores inducere audeat, maxime cum Homerus grauius ter planè scribat, deos ipsos ad nullum malum constanti auxiliatores esse.

*L. Murenam. Cum uidelicet & ipse Catilina Consulatum peteret, quo magistratus prætextu per coniurationem suam rempublicam opprimeret. Itaque ad depellendam eam à re publica pestem, consultum fuerat, L. Murenam per fas ac nefas magistratum arripere, atque hanc esse huius loci summam colligitur, partim ex oratione pro L. Murena, partim pro L. Flacco.*

*Has tragœdias mouere. Mouere tragœdias quasi pro uerbialiter usurpatur à scriptoribus, pro eo quod est affectuum uim omnem, et ingentem rerum tumultum ostendere, sumpta translatione à miserabili tragicorum exitu, qui nunquam sine mortis comploratione terminatur: unde & grauius & amplius uerba ei argumento conueniunt, id quod indicat Horatius in Arte:*

*Telephus & Peleus, cum pauper & exul uterque;*

*Proieci ampullas & sesqui pedalia uerba,*

*Si curat cor spectantis tetigisse querela.*

*Fuit*

Fuit quondam. Antequam respublica sub imperium unius uenisset.

Impericia. Inelegantia.

Rigor. Inhabilitas.

Deformitas. Dedecus.

Afferūt. Peroratio in fratris recusantis frigidissime magno omnium risu.

Hæc. Tolerabilia hactenus uitia recensuimus.

Inde est enim illud. Peruulgatum.

Qualitate. Aestimatione.

Nauarchis. Principibus nautarum.

Cruciatis ciuibus. In medio foro.

Philodamo. Ciue Syracusano.

in singulis. Partiales perorationes.

## CAPVT III.

VI. Habitum affectum.

**E** Supradictis. Operibus affectuum mouendorum.

Multi. Qui sibi nomen oratoris occuparunt.

Atque hoc est. Possesse in quem uelit animū rapere iudicem.

Proprium opus est. Peculiaris labor.

Libellis. Actis.

Quia sensum oculorum. Premit amor amantes, quoniam ut scribit Plato in Symposio: Amor oīs excæcat, ut quod amat, quod uerum sit cernere nequeat: Hinc quoque fit, ut suū ipsius cognitio omnium maxime homini sit difficilis, quādoquidem ita comparatum est à natura, ut quisque suū ipsius amore teneatur, ex quo fonte omnium uitiū riuulos scaturire idem Plato testatur.

Mores. Conuenientes cuique pro sua conditione, fortuna, sexu, ætate, officio: Hæc enim sunt quæ mores alios faciūt, secundum quendam intellectum, si generaliter accipias mores.

In hac parte. Affectuum.

Fluere. Sua sponte obuenire.

Quo

Quo. Per quam uirtutem.

Quod genus. Affectuum.

Vitium. Scoma.

Honestus. Dignitate præditus.

Inuidiosum. Inuidiæ obnoxium.

Rei. Propter quam alicui inuidemus.

Somnia quædã uigilantiũ. Alludit opinor Fabius no-  
ster ad senarium Iambicum ueteris cuiuspiam Poëtæ Græci,  
quem Basilius Magnus in quadam epistola ad Nazianzenum  
sic ferè refert: Αἱ δὲ ἐκινδύες τῶν ὑπνοπόρων ἐὼν πρὸς, id est,  
etenim spes uigilantium sunt somnia.

Ἐνύπνοον. Vocabulũ hoc dupliciter scribitur apud autores,  
nam qui uiam orationis & efficaciam mouendi, quam habet,  
spectant, ab opere ἐνύπνοον uocant, eò quod Græcis ἔπος opus  
dicatur. Porro qui lucem, quam rebus addit attendunt, à cla-  
ritate nominant ἐκνύπνοον, quia Græcis ἔπος clarus dicitur,  
posterius probasse uidetur Marcus Cicero, qui illustrationem  
ac euidentiã uertit.

Equus ille Pallantis. Certum est hunc locum librariorũ  
negligentia mutilum circumferri: Nam Vergiliana que notat  
Fabius Aeneidos II. sic habent:

Et bellator equus positus insignibus Aetam,

Et lachrymis guttisq; humectat grandibus ora.

C A P U T III.

**D**E risu. Virtute mouendorum affectuum.

Noluisse. Risum mouere.

Contigisse. Per naturæ felicitatem.

Salsum. Mordax.

Hoc. Quod sequitur.

Vt Cicero dicit. Cicero II. de Oratore.

Sunt enim longe uenustiora. Quin & facilius est te  
la abiecta ab aduersario in ipsum retorquere, q̄ noua ex proprio  
ingenio depromere,

Dicaces.

- Dicaces. Festiui.  
 Materias in hoc idoneas. vt est materia Erasmi in lau  
 de Stultitiæ, & Senecæ in morte Claudij.  
 Festæ. Scilicet cognominatæ.  
 Conuersatione. Ciuitate,  
 Atticorum. Qui hac uirtute omnes excelluerunt.  
 Insulsum. Inconditum.  
 Hi. Attici,  
 Ciceronis utar. Ciceronis uerba in II. de Oratore.  
 Imprudentibus. Nobis inuitis.  
 Item factò. Risus mouetur.  
 Insulsius. Quàm & uultu, & gestu risum mouere.  
 Lene. Molle.  
 Refert. Multum interest.  
 Obscœnitas. Turpitude.  
 Obijci potest. Ab aduersario obscœnitas.  
 Iudicio liberali. Iudicio instituto ad hoc, ut in libertatem  
 ex seruitute assereretur rem: Liberale iudicium apud ueteres  
 erat, quo contende batur, liber'ne quispiam, an seruus esset.  
 Omnia. Quæ aguntur.  
 Is. Heluius.  
 Cepasio. Oratori cui aderat.  
 Putaret se. Cepasius patronus Fabrij.  
 Ipse. Cepasius adiecit.  
 Cicero. In hoc genere facetiarum.  
 Actu. Ductu orationis.  
 Alijs quibusdam. In Bruto.  
 Narrat. In persona Cæsaris.  
 Caij Planci. Quem defendebat Crassus.  
 Duobus lectoribus, Qui recitarent duas Crassi ora  
 tiones.  
 Dialogos. Tres.  
 Maledictum. Diſterium conuicioſum.

Agendo.

Agendo. Orando.

Exciderunt. Per incogitantiam.

Ipsium. Dictum.

Varium. Inconstantem.

Eodem genere. Ambiguitatis.

Bouillas. Prædium.

Quod. Dictærium.

Occlusum. Quod uidelicet omnia sua audacia perfringeret.

Magistros. Scilicet auctoris, qui bona eius sub hasta uēdiderint: Nam ut colligitur ex uno & altero loco epistolarum Ciceronis ad Atticum, qui præerant hastæ, sub qua bona ueniunt, et magistri appellabantur. Quo referunt quidam & Ciceronis locum, qui est in epistolis libro VII. Familiarium. Sed heu tu, manum de tabula, magister adest citius q̄ putaramus: significat enim Dictatorē Cæsare adfore, qui proscriptorū ciuū bona sub hasta diuendat. Et ne quenq̄ sua fraudem lau-  
de, primus quod equidem sciam, hunc locum Fabij illustrauit Ludouicus Cælius in lectione Antiqua.

Calumniantibus foret. Adeo, ut Vatinius Ciceronis æmulus, in sua oratione scurram consularem uocaret, nimium ob immodicam risus affectationem. Certe historiam hanc sic Macrobius recenset libro II. Saturnaliorū, quo loco huius facultatis in re Latina principes duos facit, alterū comicū Plautum, alterū M. Tullium. Porro hic amor immodicus in tam rusticam Theocriti musam ita apponere solet, ut sæpe nō pulchra, pulchra tamen uideantur, sic apud Flaccum, Balbinum amorem amasæ suæ Agnæ delectat Polypus, morbus omnium foetidissimus: Et in recentioribus Bucolicis quispiam amicam suam altero oculo inutilem, uel ipsius Dianæ formæ præfert.

Sed inest proprius. Id est, festiuos & tetricos, unde & Mar. canit: Nec grata est facies cui Gelasinus abest. Porro autem Suida Gelasinum eam apud Græcos sonat lineam, quæ sub ipso

ipso mento uelut canalis apparet in hominibus gratiofis dum rident, nimirum uocabulo facto ἄπὸ τοῦ γλάω, id est, rideo.

Facetum Vergilio. Quia ut res ipsa indicat, Vergilia na illa grauitas procul est ab omni risu, aut ergo facetum hoc loco aliud quiddam à risu significat, aut Horatius iocando insigniter lapsus est.

Vt in illa Pyxide. Qua uidelicet Marcus Cælius per Læcinium familiarem, Clodiæ impudicæ mulieri uenenum porrexisse accusabatur, quam rem rumor in obscœnam fabulam uertit, quasi Cælius stuprũ obtulisse Clodiæ uideretur, quam rem Cicero in oratione pro Marco Cælio uerecunde his uerbis significat: Hic etiam, inquit, miramur si illam commentitiã pyxidem obscœnissima sit fabula consecuta, nihil est, quod in eiusmodi mulierem cadere uideatur: Audita & peruulgata & percelebrata sermonibus res est. Percipitis animis iudices iam dudum quid uelim, uel potius quid nolim dicere, quod etiam factum, à Cælio certe non est factum. Quid enim attinebat, est enim ab aliquo fortasse adolescente non tam in sulso quàm non uerecundo: Sin autem est fictum, non illud quidem modestum, sed tamen non est infacetum mendacium, quod profecto nũquam hominum sermo atque opinio comprobasset, nisi omnia quæ cum turpiudine aliqua dicerentur, in istam quadra re apte uiderentur.

Petis. Stans & pilam captas & magistratum, quem mirũ quàm facile illis Cæsar concedebat.

Verecundia. Ipsius uel dicterij uel auctoris.

M. Vestinius. Legendum sentio Festinius, cum ei renuntiatum esset, aliquando desinet pluere.

In Orcheitra. Nam in ea theatri parte, qua se ad spectaculum edendum exercebant actores & gladiatores, tum & aliorum exercitiorum, quæ ad corpus attinebant locus erat, ut indicat post Isocratem Victruuius libro sexto. Porro pila non nisi in campo ludimus.

Domi



Domitia. Vxore, quemadmodum Caius Caesar meminisse.  
Curionem. Oratorē nullius penē memoriæ, ut scribit Cicero de claris Oratoribus.

Victoriato. Numulo, cui sculptura inerat uictoria Romanae cuius adhuc ænea aliquot numismata circumferuntur. Porro æstimationem eius si cum nostri seculi moneta conferre desideras, excute quæ super hac re scripsit Gulielmus Budæus in libro de Assæ & eius partibus.

Impotenter. Cum immodica potentia.

Decipiendi. Aduersarium.

Inopinatum. Dictærium.

Casselio. Dedit occasionem.

Inseram. In hortum.

Vetus. Amicus quasi spiam.

Illum. Qui uetus testamentum habet.

Facultas. Quia et Fabius in calce præfationis in hunc uolumen, pro hereditate facultatem patrimonij dixit.

Coloris genere. In Comœdijs ueterum Græcorum spirare adhuc testatur Fabius libro 1.

Quem sequar. Id est, Pompeius parum mihi uidetur par esse repellendis Cesaris cœptis, ut non admodum tutum sit eius partis esse, id quod ad Pompei contumeliam dictum uideri potest: Unde idem Cicero apud Macrobiū cum ad Pompei partes se tandem contulisset, interrogatus quādo uenisset, respondit, sero: et causam subdēs, nihil enim hic, inquit, apparati est.

Cicero Coreliæ. In epistolis Familiaribus.

Monebant me. In Domitio Marso.

Illic. In examinatione testium.

Nationes totæ incestantur. A quo tamen non temperaui sibi M. Cicero, nam in oratione pro Lucio Flacco, Cares omnes laceffit, tum & Phrygas, adde Græciam uniuersam, nisi quod rei asperitatem interiectis interim laudibus Atheniensium atque Lacedæmoniorum lenit, & inuidiam minuit.

Heluio

**Helvio Mancipi.** Mancipes dicebantur Romæ, qui alii quid è re publica uel emebant uel conducebant, siquidem, ut notat Festus, sublata manu significabant populo, se publicum aliquid conduxisse aut emisse.

**In scuto Cimbrico.** Cosmographi certo pronuntiant, eos esse Cimbricos populos, quos uulgo hodie Dacos appellat: Si quidem Ptolemæus atque alij, Dacos non longe à ripis Histri ponunt, ubi hodie putantur habitare Vualachi.

**In delphino sedisse.** Herodotus historiarum libro primo, hanc fabulam histor. & loco sic fere narrat: fuisse hunc Arionem nobilissimum citharædum, qui à rege Corinthi Perianthro in Siciliam missus, ut principes uiros arte sua exhilararet, cum naue regrediens opulentus, nauis ipsis spem lucri ingentis dedisset, atque illi hominem in mare præcipitare statueret, precibus obtinuit, ut antequam in mare desiliret, liceret sibi nouissime citharam pulsare: ubi impetrauit, in nauis prora genibus nixis bellissime ad citharam cecinit, adeo ut delphinus cantilenæ suauitate demulsus nauis allueret, quod ubi uidit Arion in piscis dorsum desilire, sicq; è maris periculo est euectus.

**Cicero.** De Oratore secundo, unde hæc sublegit Fabius, facetiarum uocabulo cauillationem intelligit, quæ sit in perpetua oratione undequaque uelut diffusa.

**Dictorum.** Dicta hic uocat Fabius, quæ eadem à Macrobio dicteria appellantur, nimirum quæ in aduersarium acute iaciuntur.

**Atellanæ more.** Est autem Atellana, quemadmodum indicat Diomedes in tertio, genus fabulæ mimicæ, magna obscurnitate humanæ uitæ consuetudinem utcumque imitans, sic dictum ab Atella Oscorum ciuitate, ubi primum frequentari cœpit hoc comœdiæ genus.

**Fere ambiguitate.** Aristoteles in Elenchis sophisticis duo genera facit ambigui sermonis, alterum quidem appellatur ἀμφιπλοία, & quiuocatio, cū uidelicet uarius est uocis eius-

dem usum: Latini recentiores æquiuocationem dicunt: ex quo ut plurimum risus conciliatur, de eo hic Fabius maxime sentit. Alter ù genus est, quod idem philosophus ait ex diuersa sermone & multiplici structura, disfunctione q; alium atq; aliù sensum accipere, ἀμφιβολοῦσιν Græci uocant, Latini generaliori uocabulo ambiguntatem.

In metalepsi quoque cadit. Ea figura fit, ait Erasmus, cum gradatim itur ad hoc, quod ostenditur: Sic Vergilius primo Aeneidos, de uentis:

Sed pater omnipotens speluncis abdidit atris.  
Nam per atras, ostendit nigras esse: per nigras uero, tenebrosas: & per hoc in præceps profundas. Ad eum modum et hic ex muneris paruitate statim intelligit Augusti parcitatem, quæ tamen magis est conspicua, si contrariorum amplitudo comparatur. Porro mos erat principibus Romanis, populi animos liberalitate sibi conciliare, quæ res cœpit à uini congiarijs propinandi, sed postea uocabulum & ad alia liberalis ætatis genera deflexum est, indicat hæc omnia Suetonius in Cæsaribus.

Heminarium esse dixit. Syontinus Pontifex in commentarijs Latine linguæ, hoc loco heminam legit. Porro hemina uocabulum à Græcis ortum, dimidiatum sextarium sonat, sed utraq; lectio probabilis est.

Sed satagere. Satagere anxie multa agere, id quod Græci πολλὰ ποιεῖν dicunt, id est, multa simul facere, uerum ita, ut nullum pro dignitate conficias. Sic Terentius amatorem adulescentem rerum suarum satagere dicit, hoc est, plus habere quod agat, quodq; sit sollicitus. Et Euangelio translatato Martha satagit circa frequens ministerium. Hanc uero uerborum diuersa significantium similitudinem Græci πορρωμοσίον uocant, Cicerone de Oratore tertio, agnominacionem interpretatur, & in eam figuram hanc dictorum speciem reuocat, in secundo eiusdem operis uolumine.

Fiunt et detracta. Ut si dicas per iocum: Hic ciuitatem

non honorat, sed onerat.

Et binis coniunctis uerbis. Verbi gratia, si quempiam stulte sapientem Græca compositione  $\mu\omega\rho\acute{o}\sigma\omega\upsilon$  dixeris, à  $\sigma\acute{o}\phi\sigma$ , quod sapientem significat, &  $\mu\omega\rho\acute{o}\varsigma$  stultum, quo uocabulo usus est Erasmus in declamatione Stultitiæ. Huc pertinent quæ per contrarietatem edicimus, sanctam iactantiam, diuitem paupertatem, prudentem simplicitatem.

Lentulum Spintherem. Siquidem qui longi sunt, & per hoc tardi, proprio uocabulo Lentuli dicuntur. Sed aurum lentum dicimus, quod in longas laminas deduci possit. Itaq; ad similitudinem Lentulū olim uocatum, simplices Romani Spintherem dixerunt. Porro Spinther stimulum significat oblongū capitatum, quo mulieres uestes lineas affigunt, Græcis autem  $\sigma\pi\theta\epsilon\rho\varsigma$  flammam significat.

Scipionem Serapionem. Indicat Festus Pompeius, Neuij carmen citans, deformes & immundas anus olim Scriptas dici solitas: Nimirū uocabulo facticio, à sono quærit id hominum genus screando edit. Hinc conijcio & Scipionem per iocum Serapionem appellatum: Nam quod codices Serapionem habent, neque in re, neque in uoce Scipioni conuenit.

Asinus albus. Albus nimirū, quod insignis esset, et præter ceteros notabilis. Asinus uero, quod in obuiū quæq; præter delectum dicitur iaceret, haud aliter ac asini citra discri-men quemuis adrudunt.

Quam ullus Spado. Spado autem libidinosus esse non possit, nimirum quod libidinis instrumento caret.

Desinat putere. Locum corruptū nemo dubitat, sed quæ resistere conetur, nihil est nemo: Nos certe citra præiudicium aliorum legendum censemus: Cum ei renuntiatum esset aliquando desinere pluerè. Nam renuntiare alicui, pro eo quod repulsam pati apud Latinos scriptores frequens est. Porro pluerè usurpari pro eo quod aduersam fortunam sentire,

testari potest Horatius, cum huc uelut alludens in *Odiu can-  
na*:

Sperat infestis, metuit secundis,  
Alterum fertum bene præparatum,  
Pectus informes hyemes inducit  
Iuppiter idem.

Et alter hoc uelut exponens sic scribit:

Fidere Batte decet, melius cras forsan habebis,  
Spes est in uiuis, non est spes ulla sepultis.  
Et quandoq; pluit deus, & quandoq; serenat.

Augustus de Pantomimis. Pantomimi apud scripto-  
res Latinos sunt, qui gestibus corporis in omnem partem fle-  
xis, nullam sententiam non imitantur, id quod uocis ratio indi-  
cat: siquidem πᾶν omne sonat Græcis, & μιμήτω imitor.

Per hyperbolen. Transgressionē ueritatis supra modū.  
Ad fornicem Fabij. Ad arcum erectum in honorem Fa-  
bij. Constat ex Plinio Naturalis historiæ libro decimo octauo,  
atque item Macrobij Saturnalibus, complura Romanorum no-  
mina à leguminibus mutuo esse assumpta, sic à fabis dicti Fa-  
bij, à pisifis Pisones, à cicere Cicerones, à lente Lētuli. Suspicio  
ergo dicitur, de quo hic Fabius agitur, per iō. ū reuocasse Len-  
tulorum humilitatem ad ipsius familiæ originem, nimirū quæ  
debeatur minutissimo leguminis generi leniti, à quo non dege-  
nerarent Lentuli. Porro qualecunq; hoc fuit dicitur, per in-  
tolerandam alicuius librarij supinitatem omisum est.

De theatro. Quo actus fabularum inter se distingueban-  
tur in ueterū comiciis & tragicis spectaculis, tegebāt enim hoc  
uelum umbraculo suo actores tantisper, dum per personas inter se  
commutarent, nimirum pro actus sequentis ratione.

Malo te ciuica donare. Quæ donabatur ab imperato-  
re ei, qui ciuē in acie, aut etiam ex oppugnatione urbium libera-  
set, quemadmodum de militaribus hisce coronis scribit in No-  
tibus Gellius.

Hippo

**Hippocentaurum.** Poëtae finxerunt in Thessalia monstra fuisse olim, quorum pectus, manus, et caput: humanam faciem imitaretur, cætera pars esset equina. Iam festiuiter Iuba se hippocentaurum negat, quandoquidem equum, cui insideat, sua uoluntate ab aspergendo luto arcere nõ possit, quare hanc molestiam sibi uitio uertendam non esse.

**Primipilaris.** Romani, ut testatur Titus Liuius, cohortes suas in ceturias distribuere solebant, præfectis singulis ceturijs, quos a centuria Centuriones, ab armatura uero grauem quam gerebant, primipilos: quod ex his qui pila gererent primii essent. Porro autore Vegetio, pilum hastile est graue, quinque pedes & semis longum: Hinc dignitas ipsa primipilatus nuncupabatur, & homo primipilaris, qui primipili auctoritatem habuisset.

**Uersus commode positi.** Sic & M. Cicero in præfatione sua in Catone Maiore ad Titum Pomponium Atticum scripta, gratiam ex uersibus duobus & semis illum antiquissimo Ennii querit.

**Nisi qua Vlysses.** Fuit enim Laertes, quemadmodum Odyssee primo scribit Homerus, pater Vlysses, tamẽ cum Telemachus Vlyssis filius appellat auum: Et Ouidius Vlysses patronymico uocabulo Laertiaden nominat. Porro significat Cicerone Accium aduersarium non nisi dolis euadere potuisse, & non aliter quã Vlysses effugerit e manibus Cyclopi, primũ per dolum inimici oculo eruto, deinde hac occasione naue conscensa: qua de re iucundissime fabulatur Homerus Odyssee lib. ix.

**Notis uersibus.** Vel nouis uersibus legendum, quos ipse scilicet pro tempore fingemus, quemadmodum, autore Dionysio Halicarnassensi, ipsi Socrati in orationibus plus quinquaginta exciderunt. Nec defuerunt qui aliquot apud Ciceronem obseruarint. Et Liuius historias suas ab hemistichio heroico incipit: Id quod ipse Fabius obseruauit in nono. Vel totum illud, seu fictis notis uersibus, tanquam suppositum à glossemator, o quo

Piam adscriptū tradendum: Quia præter notos uersus fingere aliud nihil est, quod supra dixit, eos ponere uerbis ex parte mutatis. Deinde nullum adijcit exemplū, per quod huic membro locus esse possit, tamen quod sequitur de prouerbio aptissime coheret, proxime cum eo quod præcessit, cuius hereditas est, quod iam uocant sapientiam.

Tollat te qui non nouit. Hæc Fabij uerba alioqui obscura interpretatur uelut Horatius in epistolis, agens de scurra Plano, qui sponte sua sepe cadens, tanquam crure fracto miserâ diu uocibus prætereuntes implorabat, ut humo tolleretur: peregrinus autem quisquam ac doli ignarus, si quando alleuaturus accessisset, à scurra ludibrio habebatur: Verum ubi iam eius simulatio plerisque innotuisset, inquit uere aliquando fracto crure tolli quereretur, nemo subuenit, omnibus Planum soluos agere ludos arbitrantibus.

Cum Sphingen domi. Porro constat, siue ex historia, siue ex fabula, apud Thebas monstrum quodpiam latuisse, quod prætereuntibus ænigmata dissoluenda proponeret, atque inter cetera proposuit, quodnam animal esset mane quadrupes, meridie bipes, uesperis tripes: Hoc cum nemo conijcere posset, tandem Oedipus superuenit, asserens hominem significari, qui mane, id est, in infantia, manibus loco pedum uteretur, meridie uero bipes et erectus incederet, uesperis autem, hoc est, in senectute scipioni innixus fieret tripes.

Auctionem proposuisset. Publicam licitationem rerum suarum, hoc est, cum certatim emptores rem pluris ac plurius licitantur.

An in tabulis. Ex ambiguitate forsan risum quaesuit, cui locum dat etymologia, siquidem chirographus ex uocabuli ratione est scriptura cuiusuis manu facta, à χηρ, quod manum sonat, et γραφω, etiamsi usus eius est pro scriptura, quam qui proprijs digitis exarauit, quod genus iurisconsulti οὐ γραφων dicunt: Ausonio certe Theodosius Augustus scribens, οὐ γραφω

Por uocat.

Nam sicut ista rebus. Hic locus à nemine, quod sciam, hæcenus restitutus, utcunque poterit corrigi, si in hūc modum legatur: nam sic dicere, ut ista rebus & personis conueniant, quod in utrisque oportet, perfectæ eloquentiæ. Aut si propius ruinam lectionis mutari uolueris, sic ordina: nam sicut ista rebus & personis conueniant, quod in utrisq; oportet dicere perfectæ eloquentiæ est.

Ἀποφύματον. Siquidem ἀποφύματον loquor, sono, pronuntio. hinc sapienter, breuiter, sciteq; uel dicta uel responsa Græci uocant ἀποφύματον.

Nec grauem mortem. Qui credit animam immortalem, imò iuxta Platonis disputationem in Phædone, nouit hæc uitam aliud esse nihil, q̄ perpetuam quandam miseriam, in qua uidelicet anima corporis uinculo uelut carcere quo piã detineatur. Porro mortem demum transitum esse, & ueram illam & celestem animæ genuinam uitam, quam & in hoc mundo nos pro uirili meditari iubet: Idem est quod Plato, cum Philosophiam dicit aliud esse nihil, q̄ mortis meditationem.

Omnium horarum. Sic Tiberium Augustus apud Suetonium, duos profitetur se in familia habere omnium horarum homines, cum quibus iucundissime consuetudinem habeat. Porro cuiusmodi esse debeat serijs iocisq; accommodatus, scribit felicissime Gellius libro XII. capite IIII. Et in eundem usum multa congerit Erasmus, qui prouerbiū ex hoc dicterio fecit.

Transi ad Cæsarem. Alludit dicterium hoc ad sententiam uerissimam, qua aliena nobis semper magis placere, q̄ nostre dicitur, quam feliciter extulit, qui dixit:

Vicinumq; pecus grandius uber habet.

Vsq; adeo nostri nosmet poenitet, atque huius argumenti sententiam conscripsit Flaccus in Odi:

Qui sit Mæcenas.

C A P V T VI.

\* 4

Vt ne



**V**T ne à sententijs. Quia per iudicij facultatē dinoscimus, quæ sententia sit grauis, quæ uulgari & languida, in uerbis autem per eādem uirtutem discernimus propria ab improprijs. Consilium uero est ratio quædam, quæ quid sit humile, sordidū, quod magnificum, quod proprie significat, in qua re totius eloquentiæ, imò eruditionis fundamentum consistit. Porro si arte iuari posset hæc res, certe maxime ad rem pertinuerit feliciter se cum primis ab annis institutum esse, ac deinde non nisi in optimis quibusq; scriptoribus uersari, maxime uero, si quid ipse iudicare ualeo, in Fabio, Plutarcho, quibus si quem a iñcere uoles ex recentioribus, erit is citra controuersiam Erasmus.

Gustus aut odor. Quia quemadmodū gustus & odor sensus sunt corporis, rebusq; corporeis sentiendis à natura sortis, sic quidam est rationis et ingenij sensus, per quem sunt res soli intellectui obnoxie.

Distare cōsiliū. Certe ex superioris seculi hominibus, maxime Hermolaus Barbarus proxime ad hanc uirtutem accessisse uidetur, quæ profecto tāta est, ut citra eam frustra discedi laborem sit subiurus.

### PETRI MOSELLANI PROTEG.

IN SEPTIMUM LIBRUM MAR-

ci Fabij Quintiliani, annot.

#### C A P V T I.



Commissus de iñxerit. Comittere hoc lo-  
co uocabulum propriū architectorum est, duo  
uel saxa uel ligna inter se coaptata constrin-  
gere, idq; uel interfusa calce in ipsam rāinā,  
uel ferro impacto in utrunq; uel bitumine, uel  
quouis alio ferrumine, hinc commissura dicit ipsa conūctio, atq;  
ea pars, qua sic duo inter se comūtuntur, hæc ex Varuuiō.

#### C A P V T II.

Atque

**A**Tque Aeschines. Quoniam Aeschines hoc nomine reum fecit, quod contra legem in senatu sententiandi xisset.

Demosthenes quoque. Demosthenes uirtutes corona aurea honorandas censuit, eò quod ad exruendos ciuitatis muros pecuniam è domesticis facultatibus erogasset, id quod cõtra leges libertatis habetur, uidelicet ne quis per eam occasione ad tyrannidem aspiraret: Tum & alie fuerant leges, quarum præuicatione reus premebatur, atq; imprimis quod si corona aurea auctoritate senatus cui decernatur, id publicandum in curia: si uero plebiscito, in cõcione Populi Romani, quorum neutrum seruatum queritur Aeschines.

Pauperis educatoris. Quod uidelicet nõ immerito duceret filiam pauperis educatoris, si pater uerus nõ solueret alimenta. Porrò leges ciuiles non consenuunt in nuptias, nisi uoluntas parentum accesserit.

Nec probationum. Suspicio nec probationum loco, maior lucis gratia à quopiam studioso olim annotatum, uidelicet ut sciretur, quo loco à Fabio concessum hoc de argumentis disponendis, neque enim mos est Fabio, ad plenum adeo & sollicitè repetere quo quid loco dictum sit.

Procuratorem habendi sit ius Procurator is est, qui aliena negotia mandato domini administrat, constituuntur autem coram, uel per nuntium, uel per epistolam: Item ueteranis procuratores dari possunt, militibus non possunt, sic iuriscõsultus libro tertio Pandectarum, de Procuratoribus.

Ex asse hæres. Nam iuriscõsulti totam hæreduam assis nomine intelligunt, quam deinceps in suas partes diuidunt, qua de re in Pandectis habes, titulo de institutione hereditatis libro uigesimooctauo et libro sexto de petitione hereditatis. Porrò ad hæc plenissime intelligenda plurimum adiumenti attulerit, libro primo Gulielmus Budæus de Asse et eius partibus.

Ex utraq; parte. Actoris & rei.

Cuius

Cuius rei. Diuersitatis.

Inde. Ex primo conflictu.

Quod. Ipsum amittere.

In factis. In questionibus facti.

Viro forti. Aldus hoc loco paulo curiosior, pro uirū, quod est in antiquis exemplis, subiecit Viriatum proprium tyranni nomē: malo ego antiquiorem lectionem, cum propter codicum consensum, tum uero maxime, quod subiungitur, mulier occidit, uxor occidit: quoniam dubium non est, quin uxor ad uirum tyrannum referatur.

Aut præuaricatione. Quanq̄ iurisconsulti discrimen faciunt inter præuaricationem, calumniam, & tergiversationem, ut uidelicet præuaricatio sit, cū accusator segniter agit, & de tua opera, & potentissima quæq; in accusando omittit, quod uidelicet effugiat supplicium reus, & calumnia falsorum criminum obiectio: Tergiversatio uero cum ab actore causa in totum negligitur, & omnia hæc dolo malo. Tamen hoc loco præuaricationem accipit Fabius generaliter, ut & tergiversationem includat, alioqui non procedet Fabij argumentatio, uidelicet non omnibus propositis, quibus fit ut quis reus absoluitur.

Propositione. Intentione summe causæ.

Multis milibus uersuum. Seriem dictionis uersum uocat.

Utra pars. Cum duo uidelicet æqualem causam habent, hæc questio locum tantum habet in iudicijs, quæ exercentur partibus, quasi eiusdem causæ socijs, id quod usuuenit in causis familie Herciscundæ, id est, hereditatis diuidendæ, communis diuidendi, & finium regundorum.

Petitionum. Prouocationum.

Narrare. Propinere.

Possessorem. Qui communem hereditatem habet sua manu.

Propositio. Actionis, quæ intenditur,

Colo.

**Colores.** Velut quosdam habitus dictionis.

**Locis speciosis.** *Questionibus copiosis & magnam utilitatem & ubertatem dicendi præbentibus, quales sunt communes questiones, & uulgo frequentissimæ.*

*Ea. Scilicet quæ sunt communia.*

**In oculos.** *Aperta quæ sunt, remotiora, aut occultiora, aut simile quippiam hic deest.*

**Cum fecisset fortiter.** *In rempublicam.*

**Favorabiles personas.** *Quæ favorem iudicii possunt demereri.*

**Quæ omnia.** *Iam hic excussa pro rustico.*

**Sententiæ.** *Quibus clauduntur periodi.*

**Præcipites.** *Argutæ, hoc est, quæ tametsi prima fronte argutiam & acumen habere uidentur, attamen si semel atque iterum excusseris, uanæ apparent, & uelut concidunt.*

**Vel obscure.** *Vt uidelicet obscuritas admirationem faciat nunc nostro seculo gregarijs Oratoribus.*

**Tumultu & clamore.** *Tumultum hic et clamorem intelligo audientium acclamationem, atque item applausum, siue id in schola declamantibus contingat, siue in foro orantibus, qui mos Quintiliani seculo atque item huius discipuli Plinij iunioris, usque adeo inualuit, ut Plinius de hac re præceptum dans in epistolis, dicat: Scito eum pessime dicere, cui quæ maxime fuerit applausum, quod uidelicet quæ erudita sint, à paucis, hoc est, eruditis iudicari queant, uulgus autem non tam iudicium, quo caret, quæ affectuum sequitur impetum.*

**Cura in proximo.** *Quasi cognata.*

**Hæc.** *Videlicet quæ supra dicta sunt pro rustico.*

**Expugnata.** *Eiicta.*

**Sequentibus.** *Scilicet argumentis.*

**Literis.** *Græcis.*

**Incipiat.** *Quemadmodum præscripsi, ut iure gentium per-*

ter.

Propo-

Propositio. Rhetorica.

Tam æquę. Tam mananti ex naturali lege.

Postulationi. Petitioni heredis.

Confessis. In eis de quibus conueniunt inter partes.

Hoc tantum. Derelictum patrem.

An uoluntate sic standum. Quia leges scire, ut iuris-  
consulti dicunt, non est uerba, sed proprietatem & mentem iu-  
ris tenere & amplecti, ratio enim est anima legis.

Satis. Accurate leges communes ad particularia transire.

Exceptione. Quod tamen absurdum est.

Argumenta. Verba, absurditatem comprobantia.

Actum. Contra legem.

Idem ille. Orator.

Cogitauit. Sic meditatus causam, & progressum, & iudi-  
cij cursum.

Ad disertum. Personam disertis fratris assumat.

Vt ait Cicero. In oratione pro Lucio Murena, quo loco  
Marcus Tullius anxias has, & supersticiosas iurisconsulto-  
rum meditationes, in Seruij Sulpianj inuidiã docet. Porro ð Ti-  
bicinem Latinum hic uocat, quod comœdia Latina pro Græ-  
corum choris tibijs iam dextris, iam sinistris distinguitur. Al-  
ludit ergo Cicero per transitum ab actore ad reum, uel à reo ad  
actorem partium ad dextras & sinistras tibias comœdiarum  
Latinarum. Qui plura supra hac re desiderat, legat quæ eru-  
dite congeffit in uestibulo Terentij comœdiæ Aelius Donatus.

Vt iura. Posse aliquem non abfuisse, & tamen heredem esse.

Occurrit. Pro persona rustici.

De causa. Silentio tuo, absentia.

Coloris. Introducti consilij, uerisimilis argumenti causa.

Intendamus. Animum acriter.

Excudit. Explicat.

Eum. Qui non aluerit parentem.

Reum. Peregrinum.

Accusatum de peregrinis sacris. In urbem adductis  
 Erat enim capitale et apud gentiles contra magistratum auctorita-  
 te noua et peregrina sacra, aut nouum etiam colendorum sacrorum ritum  
 inducere. Quae res Graecis, et maxime Platoni describitur: Haec  
 lex cuiusdam bibere coegit Socratem, noui cuiuspiam, et unius numi-  
 nis cultorem, ligneorum autem et saxeorum irrisorem.

Vendidit lenoni. Et per hoc filij pudicitiam prostituuit.

Lex. Scilicet filio exheredando, quod patri produtionis reo  
 Dura. Neua. (non adfuerit.

Verecundum. Religio est dicere timeo: Hoc propterea  
 non adfuisse parenti.

Ad exules. Quia scilicet sunt infames, nec iure agere pos-  
 sunt, ut in titulo de his qui infamia notantur.

Vtraque parte. Et per hoc modestia commendatur, qui no-  
 lit aperta fraude agere cum fratre.

Ne periculi. Et sic deseratur causa patris.

Deficiat. Mediam anti oratori.

Tendamus eodem Ingenium nostrum explicemus.

Id commodum. Suae causae.

Vltra illud. Quod prima fronte occurrit.

Sublacione. Annihilatione, exautoracione.

Perinde. Aequali conditione: Quia alioqui duo praemia po-  
 stulasset rusticus, alterum quo pater, alterum quo frater restituere-

Reliqua. Querenda pro rustico. (retur.

Idipsum. Quaestum.

Nunc utique. Diuiditur maxime.

Semissem. Dimidium hereditatis.

Vniuersa. Patris bona.

Patris memoria. Vna functi.

Instrumentum est. Ducitur ex altero statu, uel etiam  
 dat occasione alteri statui, uidelicet an non iure pater totam her-  
 reditatem restitutori filio reliquisset.

## CAPVT III.

**A**tomorum. Vt uidelicet tradunt Epicurei, et probare conatur multis uersibus Lucretius de rerum natura primo. Porro atomos intelligunt Epicurei tenuissima corpuscula, et uox indicat, insectilia, quæ per radios solis uolitare conspiciuntur.

Per quæ. Tanquam instrumenta.

Ratio. Causa.

Adeptum. Quæ prima est species alterius generis.

Incrementum. Secunda species.

Proueniunt. Promanant.

Cætera eiusdem generis. Vt amor, immodica letitia.

Causæ. Earum quæ facta sunt.

Qua de re. Contentione iuris libro tertio dictum, ubi de statibus agitur.

Mediterraneus. Inter maria conclusus.

Pro Milone. Ciceronem, dum probare cõtendit, haudquaquam esse uerisimile, si Milo animum occidendi Clodii habuisset, quod negotium in uia Appia frequentissima tẽtare uoluisset.

Ad coniecturam. Dum queritur, an aliquid factum sit.

Contra licuit. Quam iniuriam feci.

Præstant. Loci.

Quærat. Sit in dubio.

Valet. Locus.

Et Miloni. Habebat enim Clodiorum familia conditoria sua in uia Appia, in qua cæsus est Clodius: Testatur hoc Cicerone in oratione pro Milone.

Aestimationem rerum. Qualitatem.

Speciosæ. Vxoris.

Damnata. Vt eam postea duceret, ut ex ea lucrum et questum faceret.

Casus accidentalis. Causa quæ ex euentu cognoscitur, aliàs ad affectum misericordie destinata, de quibus rebus copiose est de naturali auscultatione apud Aristotelem libro II.

Seruus. Exiuit.

Penula. Veste ambulatoria.

Quæritur. Ambigitur.

Incurrent. Subiacebunt cuique loco.

C A P V T III.

**F**initio igitur. Aristoteles & Peripatetici definitionem, hoc est, orationem quæ breuiter essentiam rei explicet, ὁρακλῆ, id est, terminum appellare solent, nimirum translatione sumpta à finibus agrorum. Nam quemadmodum in agris fines circumscribunt certum loci spatium, ita finisio ambu naturam & uim eius cui adhibetur: Hinc et Latini uim appellarunt. Hic duplex finiendi modus existit ex duplici ratione diuidendi. Siquidem apud Seuerinum Boëthium, libra de diuisionibus, omnis si ctio generis fit uel in species, quam diuisionem uocant, ut si animal mortale & immortale: Nam iuxta Platonicos corpora coelestia animalia sunt, sed immortalia. Et ex hac diuidendi ratione, prior modus in uniuersum finiendi oritur: ut si dicas, animal est corpus animatum, sensu præditum: ut sit distributio per partes totius, quam Partitionem uocant: ut si diuidas animal in caput, pectus, brachia, uentrem, crura: & ex hac partitione oritur definitio, quam Fabius per partes nuncupat, ueluti si finias animal, quod constat ex partibus supra recitatis in partitione. De quibus rebus breuiter quidem est apud Georgium Trapezuntium, quam fuffissime perscribit Boëthius ex Theophrasto.

Ετυμολογία. Vocis ratione, dum ex uocis origine argumentum ducimus: ut si quis dicat, Philosopho iure honorem exhiberi, quædo nulli tam debeatur quàm sapientiæ studioso. Cicerone in Topicis ueriloquium uocat.

Subiecta. Tanquam partes ex quibus consistunt.

An addictus. Addicti dicuntur, qui cum soluendo non sunt, à magistratibus addicunt creditori in seruitutem, tãtisper uidelicet, dũ seruiendo es alienũ reperderint. Hi ergo tãctsi in seruum seruiunt, non tamen sunt serui, quoniã serui si manumiserantur.



tantur, postea dominorum libertini fiunt, sed addicti etiã seruitutis onere liberati, deinceps pro libertis non habentur.

Quæ ad aliquid sunt. Nam genus aliquod non dicitur, nisi respectu speciei subiectæ. Rursum species eodem modo ad genus refertur, quemadmodum filius et pater se respiciunt, ut alter ab altero distare non possit.

In manum. Potestatem mariti cum omnibus bonis suis.

Accipimus. Apud Aristotelem in Politicis.

Ille. Cicero.

In quibusdam utiq;. Vt si probatur non adesse propria, tum quoq; necesse est non esse ea, quibus adesse hæc propria non poterant, ut si dicas, male & turpiter uiui, ergo bonus non est, nam uita turpis locum non habet in bono uiro.

Diuisio. Generis in species.

Vnum. Membrum.

Remotione. Omnium membrorum.

Efficitur totum. Ex enuntiatione partium, quæ omnes negatur, ut Cicero hunc locum in Topicis uocat a partium enu-

Interrogat. Ebutium aduocatum. (meratione.)

Non sit eiusmodi. Vt aduersarium attingat.

Opianico. Aduersario.

Appetisset. Animo occidendi. Casu. Forte fortuna.

Vulgatum. Exemplū. Intelligitur. Sic se habere.

Exordiri. Exordiri proprie significat texturam filorum incipere, hinc exordium textile illud primum filum proprie significat, unde per translationem de quouis initio dicitur, non ergo recte speraueris ex sordido exordio unquam tibi fore togam auro gemmisq; intexam, atq; haud scio, an non hoc exemplum prouerbij loco olim iactatum sit uulgo, quo significetur eius rei haudquaquam prosperum fore exitum, cuius initium fuerit parum faustum.

Totam prætextam. Auro gemmisq; contextam.

Pullum. Nigrum, sordidum.

Et contra colligitur. Inikium ex fine.  
 Inductionem. Quod uidelicet ex simili concesso indu-  
 catur aliud non diuersum, sed concedendum.

Mulier permittitur. Iure.

C A P V T VII.

**S**cripti & uoluntatis. Cum uidelicet id quod scriptū  
 est, uidetur aliud præ se ferre, q̄ si uoluit, qui hoc scriptū  
 reliquit. Qua in re cum alijs, tum maxime Cicero putat  
 potius acquiescendum uoluntati hominum, ad quam debere &  
 testamenta & leges etiam uelut amussim quandam exigi.

Hinc pendet. Inde originem habet.

Fur quadruplum soluat. Variatū uidemus apud au-  
 tores de furum pœna: Constat tamen principio Athenienses,  
 eo tempore quo utebātur legibus Draconis, capitū supplicium  
 constituisse furi, at demū tacito illiteratoq; cōsensu hæc lex cū  
 alijs plerisque impendio acerbioribus est antiquata, & recepta  
 de furibus lenior aliquanto pœna ex Solonis legibus. Romani  
 uero inter furem nocturnum, & diurnum plurimum interes-  
 se iudicabant, atque eum qui ferro se defendisset, & qui nō de-  
 fendisset, ob id de pœna aliter atq; aliter est Romæ obseruatū.

Prostare cœpit. Vulgauerat corpus.

Liberi parentes alant. Vicem aliquam beneficiorū re-  
 ferant. Si enim uidemus hoc pietatis genere se mutuo officere  
 ciconias, ut parentes egere non sinant, quanto magis hominem  
 hoc decuerit? Antiquius uero, qui pietatem, clementiamq; uel-  
 lent inuolucro quodam significare, hi ciconiam pingebant, in-  
 de factum tradit Plutarchus, ut in regum sceptris exculpera-  
 tur ciconia, quæ admoneret summo imperio oportere esse cle-  
 mentiam quandam adiunctam.

Peregrinus si murum ascenderit. Certa pœna, eaq;  
 capitū constituta in legibus ciuilibus est ei, qui muros publi-  
 cos tanquam sacros uiolet: Violant autem non tam qui deſci-  
 unt, q̄ qui ascendunt, maxime si cōtempum accedat, id quod te-  
 statum

statum relinquunt nobis ueteres historiae, dum Romulus à fratre ideo supplicium iubet sumi, quod per iocum in sulcum transfunderet, qui erat muro aratro designatus.

In quo nata L. Crassi. Totum hoc eleganter & prolixè tractat Cicero libro primo de Oratore.

## C A P V T VIII.

**A**lterum altero abrogecur. Iurecōsulti leges ueteres semper abrogari nouis dicunt, ut quia temporū cōditio, aut hominū aliud suadet, q̄ prior lex continebat; Si noua insu per sit de eadem re lex lata, dubium non est, quin noua tollatur uetus. Permiserunt autē sibi ueteres iurisperiti, ut si quando ratio temporū id pateretur, nouis legibus ueteres tollerēt: At hodie putant piaculum quicq̄ dici aut ferri, quod ueteribus illis ullo pacto sit contrarium.

Magistratus ab arce non discedat. In mandatis aut commissis, Cicero legem dat in Officijs, ut id quod mādatur, eo modo geratur, quo est commissum. Quamuis interim si maioris utilitatis spes fiat certior, nihil prohibere dicit, quin à mādato discedamus.

## C A P V T IX.

**A**trium accipere pignore. Legibus Romanis cautum erat, ne id tollerēs pignore, unde ad debitorem plus rediret incommodi, quā ad creditorem cōmodi, quale erat aratrum, quod non uolebant admi pignoris loco, quod magna hominum pars ex eo uiuat, & sublatum creditorem non magnopere iuuat, debitore uero redigeret ad extremam paupertatem: Sunt tamen & alia nonnulla etiam legibus Pandectarum constituta, quæ non liceat pignori capere.

Lanas uehere Tarento. Tarentini, quemadmodū Sybaritæ mollitiæ nomine apud ueteres male audierunt, unde et nomen quidam putant sortitos à mollitiæ: Legem hi habebant, ne lanam, qua domi utebantur ad usum delicatissimarum uestium, alibi uenderent, quod nimirum exemplum est singularis & affectus.

Et affectati luxus, dum ueluti soli his, quæ ad uoluptatem sunt inuenta, cupiunt perfrui curariuales.

Qui patrem occiderit. Culeo in suebantur, qui conuerti essent paricidij, adiunctis simia, serpente, gallo gallinaceo, uelut testatur Valerius Maximus.

Ex domo in ius educere. Summa clementia constructum sui antiquum, ne ex ædibus quis suis, id est, eo loco quem haberet pro refugio ærunnarum, et uidem ærunnarum omnium domicilio, quis extraheret in ius: Et inde opinor est, quod in Antonianis Cicero tanto odio subinde repetit, quod Antonius dixerat se fabros missurum ut disturbarent domum suam.

## CAPVT XI.

Quædam cogitatio. Vicinitas, et tanquam dicas amicitia quædam.

In finitione. In descriptione.

Voluntas nominis. Quid significetur per romen quod est pugna. Ex diuerso contrariantur. (finiur.

Recepta est. Probata.

Tradi enim omnia Relinquuntur acutis in arte aliqua plura coniectada, quæ doceri satis non possunt, ut in Rhetoricis testatur Cicero multo maximam partem non posse doceri, nimirum, quæ est inuentionis, et de risu mouendo, sed his ut quisque natura fuerit præditus meliore, ita magis pollebit.

Adumbrare didicit. Delineare et effingere, adumbramus enim ea, quæ lineis quodammodo et suspensa manu designamus, id quod pictores facere solent, aggressuri quid maiori artificij.

Quædam sunt non docentium. Relinquuntur quædam etiam inuenienda illis, quos docuimus licet de eare nunquam admonitis.

Quibus signis. Prasagijs.

An antea etia crimina. Iudicio cuiusque relinquuntur, quæ modo sit opus enumeratione bene gestorum, aut secus: Quemad-

modum enim usui nonnunquam esse, si in tempore fiat nemo negat: sic contra incommodissimum fuerit, citra decorum, aut minus esse nata illa infarcire, quæ magis odium quam benevolentiam concilient: Quamobrem non iniuria dictum est à Fabio alibi: iudicium esse totius artis caput.

Velut imperatoria uirtus. Quemadmodum autem imperator omnes locorum circumstantias circumspectè commissurus prælium, & suo quæque loco collocat, ita Oratorum est dirigere orationem eo modo, quo facillime se ad uictoriam peruenturum confidat.

Cui affuerit natura. Frustra enim suscipit, quicquid repugnante natura geritur, id quod Horatius ueluti proverbiali carmine admonuit:

Tu nihil inuita dices faciesque Minerua.

In promptu habenda. Nulla est plane ars, quæ tam paratam requirit suppellectilem, ac est Oratoria, ideo multa in græda causæ ex improviso, ad quæ nisi in procinctu fuerit copia, quæ rei subita, & casu natæ succurrat, destituatur & opinione, & officio: Iurisconsultus domi deliberat, comminiscitur, quæ lege agas præscribit in otio: At simul atque Orator in forum descenderit, erunt quædam citius diluenda, quam cogitanda: adde etiam, quod cognitatio illa adfert causæ nescio quid detrimenti, dum iudici fit doli alicuius suspicio: Subito autem quæ dicuntur, ea putantur uerissime dici, atque etiam ex animo.

ANNOTATIONVM PETRI

Mosellani Protegensis in Marcum

Fabium Quintilianum

FINIS.

DA

# SO DANIELO

S T I B A R O

**A**bsolutis duobus libris Quintiliani, tot enim statuerā in praesentia correctos edere, cum ex amicis nostris aliqui non ingratum facturum studiosis, neq; superuacaneam sumpturum operam arbitrarentur, si locos quos in his libris esse praecipue uel dignos, qui lectori commendarentur, uel intellectu difficiles ac obscuros putassem, nostra interpretatione quasi exponerem. Etiam illam laborem non inuitus subiui, & si profecto nō ignorabam satisfacere hac in re expectationi eorum, qui hęc lecturi essent, nullo modo me posse. Sed ueniebat in mentem, non solere bonos facere, quod prouerbio reprehenditur, ut equi dono dati dentes explorent, ac potius beneficium, aut etiam uoluntatem eius qui in se cōferre studuerit gratam habere, neq; si qua forte requirant, magis offendi illis, q̄ quae placuerint amplecti. Non autem omnes minutias profecutus sum, neq; in authorū, qui aliqua de re scripsissent, cuius Quintilianus meminerit nomenclatura me iactaui, nisi sicubi locum ille aliquem notauit, necessariū qui ad interpretationē assumeretur. Sunt autem hęc, maxime quae in primum librum scripsimus, eiusmodi, ut studiosis linguae Latinae nō inutilia fore confidam. Hęc etiam operam tibi dicamus Daniele, qui & nostris his studijs à teneris annis semper unice es delectatus, & horū neglectum in primis moleste grauiterq; ferre soles. Idq; quod res est libenter fateris, nullam in rebus humani cura hęc studia ueram felicitatem esse posse, quibus quondam cupide ludī instituti fuerint. Nam fere ubi iam diu sanè deliciantur & oīantur inertes homines, ne quid grauius dicam, religionis praetextu, ibi olim iuuentus literis instituebatur. Testis est totalorum collegiorum ratio, quatenus de nominibus ferme omnibus quibusdamq; ceremonijs perspicī potest. Testatur & illa, quae summo templo Bombergae membrana solenniter explicatur ipso

tur ipso Iduum Ianuarij die in coetu puerorū præsentū et qua  
 si ferias celebrantiū studiorū suorū, in qua Rhetoricarū præ-  
 ceptionū notæ præscriptæ sunt, sicut ipsi uidimus, cum nescio  
 quod diploma audissemus esse Henrici Imperatoris. Sic colunt  
 quidē adhuc nostræ artes, sed uia ut ignoret et usus illarū et ue-  
 ra cultura, atq; ipsæ adeo ut nesciant esse quod sunt. Et maio-  
 res quidē nostros cōperio, ut in omnibus, ita & hac in parte di-  
 ligentes & sedulos fuisse, neq; ignorasse utilitatē studiorū no-  
 strorum, quibus illa pleriq; didicissent nunq; cumq; quibus præcla-  
 rissime ageretur tanq; per nebulā nossent. Itaq; ut maxime nul-  
 la ad ipsos peruenisset eruditio. Nam in Germania an ullo tē-  
 pore fuerit nunc non est animus exquirere, tamen quod litera-  
 rum artium & disciplinarum nomen obtinebat, coluerunt &  
 admirati sunt. At quibus harum cura ueteri instituto in hac lu-  
 ce & splendore studiorum incumbit, suo se excellenter officio  
 functos existimant, si aliquem semibarbarum miserorū puero-  
 rum magistrū aluerint in summa omnū rerū inopia, qui quæ-  
 dam certa dictata ubi explicuerit, arbitretur se pensum suū ab-  
 soluisse. Quæ quidē ut emendētur magis optare q̄ sperare pos-  
 se uideor, usque adeo barbarie inuoluta superstitionibus inua-  
 sit sacre et humana oīa. Nos tamē quam licet adiuuemus cohor-  
 temurq; ingressos uia ad ueritatē et uirtutē, quæ profecto sola  
 in rebus humanis illa est quā uer per studia ea, quæ à præstan-  
 ti cultura humani generis, humanitatis nomine appellata sunt.  
 Nam si quis sermonis quandā elegantia huius solum quæri para-  
 riq; existimat, neq; aliam laudē appeti, errat. Et quod minimū  
 est ac ueluti maiorū inuiuium pro summa ducit. Nam ad animi  
 decus tendendū est, quod etsi à sermonis gratia seicūctū ne intel-  
 ligi quidem facile potest, sua tamē claritate illud per se quoq;  
 pulcherrimum quasi obruit, sicut enim singulæ fides suo sono  
 quem efficiūt, cōmendantur, sed illi in cōcentu nō discernunt:  
 Ita oēs nostrorum studiorū particule solæ quoq; pulcherrimæ  
 sunt, sed perfecta in eruditione tanq; opere obscurant. Perfe-  
 ctam

Etiam eruditionem uoco, id quod significat, animum ligamq;  
 instructam uirtute & eloquentia. Quod cum accidit, siue elo-  
 quentem dicas, siue sapientem, idem intelligitur. Velut apud  
 diligentissimum authorem linguæ Latinæ Terentium mulier  
 cula dicit se primo seruum disertum hominē credidisse, cuius  
 stultitiam reprehendebat, cui uero in sermone Latino in-  
 audium est, dicere docte, & sapienter loquitur. Quæ cum ita se  
 habere sciam, nunq̄ desinam, dum aspirabit fauorē Deum, in stu-  
 dijs nostris pro uirili labore operamq; ponere, neq; quàm mul-  
 tis gratificari possim, sed qua in re occuper, æstimabo. Quibus  
 quasi colloquio quodam nostro, hoc loco præpositis, nūc ad rem  
 aggrediar. Qui authorem aliquem interpretandum suscepe-  
 re, ostendere debent, & quo in argumento is uersetur, & quæ  
 orationis compositio sit, & quo tempore uixerit, quod ex ipsius  
 uinæ historia cognoscitur. Refert hoc plurimum ad notandum  
 genus totum orationis, hoc est, dictionem seu stilum, quo negle-  
 cto aut segniter animaduerso, nullam aut non magnam utili-  
 tatem habere lectio potest. Hinc igitur nunc orsi, nō quidem il-  
 la, quæ ab alijs de Quintiliani patria et uinā collecta sunt, hoc  
 loco subteximus, cum nulli ex quouis huius instructionum codi-  
 ce sumere non sit in promptu, sed illud modo quod in præsen-  
 tia sciri uolumus, dicemus, floruisse hunc in professione litera-  
 rum, potēte rerum Romanarū Domitiano, cuius & ipse soro-  
 ris ne potes docuisse se testat. Quibus temporibus Romanæ lin-  
 guæ grauitas & ornatus & ille Ciceroniani tēporis succus et  
 puritas, Græciatū lenocinijs et imbecillitate ingeniorū labefie-  
 ri et inquinari inciperet. Neq; enim minus in hanc partē molli-  
 tudinis et quasi deliciarū, illius ætatis hoīes peccare cœpisse ui-  
 demus, quàm olim esset uetustissimis tēporibus in alteram huic  
 contrariam asperitatis & horrorii peccatū, quū hoc peccatum  
 iure dici nō queat, cum naturalis ruditas fuerit, quæ omnibus  
 in rebus ante culturam & limam inesse consueuit. Queritur  
 ipse Fabius de his suorum temporum dicendi quoque uinjs.



Et hæc sensim eousque progressa cernimus, ut paucis post annis homines Romani linguam Latinam tanquam alienam discerent: Velut est manifestum ex istis Gellianis Noctibus, donec ad Macrobios & Apuleios optimus sermo delapsus penitus interiit. Hæc ideo pluribus sum profecutus, quod cuperem Latine linguæ, nam de ea nunc loquitur, cum simile iudicium sit de Græca, & quacunq; alia, studiosis, curæ in primis esse, quo genere orationis is author usus sit, quem legendum in manus sumpserint, legendi enim sunt, quicunq; possint haberi, eorum saltem, qui uoluerant Latine loqui. Cumq; constauerimus, quod non potest negari, Ciceroniani temporis locutionem integerrimam et rectissimam esse, illam quasi ideam eloquii cõplexi animo & studio nostro, quicquid aliorum legere contigerit, ad hæc quasi normam accommodabimus, sic fiet ut pro suo quisque ingenio in maxima diuersitate, Ciceronis & illorum, qui eodem modo locuti sunt aliquam similitudinem referat. Si cut enim ueteres homines & mores interiire, ita lingua quoq; subinde recentior & uicior exiit, donec, ut aiebam, penitus est extincta, quam nunc quasi resuscitantes ridiculū fuerit non optima ipsius parte complecti, neq; anniti, ut q̄ perfectissimam & elegantissimam apprehendamus. Hinc igitur facile apparebit cum pro exemplo perfectæ eloquentiæ Ciceronianam dictionem statuam, cumq; ab illa absit bene longe Fabius, sentire me quod ad dictionem seu stilum siue figuras orationis attinet, in huius semper lectione, sicut & huic similibus, quo magis eorum, qui longius ab exemplo recesserunt, eloquii Ciceroniani quasi normam, ut dixi, habendam in promptu, ad quam exæquemus omnia. Quam quidem sententiam meam ita accipi uolo, ut nemo hac sese in aliquas angustias, et tanquam carcerem imitationis detru di arbitretur, hoc enim minime mihi placet, sed ut uoluisse me incuriam & audaciam compescere & renouare sermonis Latini integritatem intelligatur. Verum hanc si quod instinimus succedet, breui peculiari scripto explicat.

explicatam in gratiam studiosorum edemus. Nunc de ijs sa-  
 tis uel potius nimium. Character autē, seu compositionem uo-  
 care libet, non est in hoc ad generalem aliquam imitationem,  
 nisi admodum caute, obseruandus. Primum enim in tali argu-  
 menti genere uersatur, ut simul & tertium assumam, quod pe-  
 culiare orationis genus requisitum, hoc est, quale quidem præce-  
 ptis dandis aptum fuit. Interpositi tamen loci sunt et aliqui pe-  
 nē libri, & duodecimus totus, in quibus se se libere intulit, & in  
 quendam quasi campum eloquentiæ exiit. Sed & hæc, dicam  
 enim quod sentio, cum iudicio uelim legi, neq; sine directione  
 ad illam linguæ Latinæ regulam, quam Ciceronianam per-  
 fectionem diximus. Non quod negem pulchra esse & utilia o-  
 mnia, sed cum ipse fateatur Fabius, sui temporis homines mu-  
 tasse dicendi genus, & constet Ciceroniano tempore ueram  
 & absolutam eloquentiam uiguisse, necesse est peius sit quod de  
 optimo fuerit mutatum. De præceptis autem quid attinet di-  
 cere, quæ sunt summæ bonitatis, nisi fortasse nimium alicubi  
 subtilia & tenuia, quod seculi fuerit, neq; tamen nocuerit, si-  
 ue uersatis in literis, siue primum has discētibus, cum ista ex-  
 quisitio illorum iudicium, horum autem studium exercere pos-  
 se uideatur. Quod qui periculum fecerint, ita esse ut dico, fa-  
 tebūtur. Facere uero ut plurimi uelint, ex animo opto, Deumq;  
 auctorem bonorum omnium oro. Paulatim enim nobis libera-  
 lissime ac planē diuinitus collatum bonum literarum è  
 manibus elabūur, atque ita omnis spes felicitatis  
 nostræ simul, in quam de splendidissi-  
 mis inijs ueneramus, in peius ru-  
 ere, & retro subla-  
 psare ferri.

# M. F. QVINTILIA

NI INSTITVTIONVM ORA-

toriarum, libri primi expositio,

IN EPISTOLAM.

**E**T oram. Aliquibus in exemplaribus auram legimus, neq; parum iam uulgatū, accepisse eruditos quosdam homines, interq; eos Pontanū, oram, profune nautico, & adduxisse in eam sententiam locum ex Liiij libro uigefimo octauo, refragante, tamen Beroaldo. Quid autem, auram, significet? Neq; enim bene precemur, huc opinor astruere liceat, maxime cum in quarto huius authoris libro similiter legatur magno consensu exemplorum. Nauim prospexi, quanti ueheret interrogauī, de pretio conuenit, conscendi, sublatae sunt ancorae, soluimus oram, prouecti sumus. Verba Pontani ex libro de aspiratione infra subscripsi. Est etiam ora funus nauticus, quo naues ligantur in portu, ut apud Quintilianum oram sol. b. pr.

IN PRAEFATIONEM.

Post impetratam. Literas Romae docuisse Fabiū, uel ex illo notissimo Martialis uersu satis constat:

Quintiliane uagae moderator summe iuuentae.

Eo igitur munere defunctum se otium tandem post uiginti annos nactum esse ait, quod tempus uacationi professorum, poeticae legibus attributum fuit.

Summam manum imponerent. Absoluerent, satis uel ex hoc loco apparet, unde tralatio ducta sit, nempe ab operum perfectione. Eadem sententia & extremam manum imponere, Vergilius dixit:

Nec minus interea extremam Saturnia bello

Imponit regina manum.

Et Cicero extrema manus non accessit operibus eius, inchoata praclare multa, perfecta non plane.

Pro

Professionum uices. Ut, exempli gratia: Grammatica & Rhetoricæ.

Ingenij lumē. Eloquentiā. Cicero in Bruto: Ut enim homini decus ingenij, sic ingenij ipsius lumen est eloquentia.

Cicero aperitissime. Locus est in III. de Oratore.

Hæc autē, Philosophos, inquit, qui nostro tempore perhiberi se uolunt, non studijs, sed specie laborant esse. Philosophiæ autem studia, cum sint uitæ ac morum præcepta, hoc est, officia cõtineant, & tradant quandã certitudinem sermonis, quis illa nunc nõ usurpat? Atqui nemo uere poterit nisi Orator. De hac uero quasi degeneratione Philosophorũ a uirtute & cõtantiã deficientium, grauissime queritur in secunda tusculana Cicero. Quæ sequentibus temporibus ad studia quoq; peruenit, ut iam non solum ut mali, sed etiam ut indocti incesserentur. Huius rei plena sunt scripta eorum qui illis ætatibus uixere, & nulla penè Luciani pagella non habet aliquam insignẽ in stationem Philosophorum istorum.

Illud tamen. Præcidit id quod et Horatius quæ sitũ esse scribit, natura ne an arte cõtaret eruditio. Cum enim oĩs eruditio cultura ingenij sit, ubi deerit ingenium, ne cultura quidem poterit esse locus. Ac si quis ideo studia doctrinarum contemnere uelit, quod uæcordes nihil illis adiuuẽtur, perinde ac si literas, quia in aqua nihil scribi possit, spernat, facere uideatur. Nam eo usque humanæ sapientiæ uis non extenditur, ac admirabilis sane doctor is sit ac diuinus, qui mente cassos instruat sapientia, ut ait Euripides.

## IN CAPVT

I.

Quippe id. Omnium non modo animantium, sed rerum propria quædam natura est. Vt ignis, candet nix. Sua est equis, bobus, feris omnibus natura. Ita hominis rationis usus pro-

Nam Gracchorum. (prius est unde sermo existit.) Cicero in Bruto: Legimus epistolas Cornelie matris Gracchorum, apparet filios non tam in gremio educatos, quam

quam in sermone matris, auditus est nobis Læliae C. filiae sæpe sermo, ergo illam patris elegatia tinctã uidimus, porro tres uiri accipiendi sunt, Cæsar Octavianus, Antonius, Lepidus.

Leonides. Leonidẽ Alexandri fuisse pædagogũ ex Plinio quoq; notũ est, cui ille Asia potitus onustã thure nauẽ miserit, fuisse Olympiadis propinquus tradit, seq; non pædagogũ, sed ducẽ Alexandri uoluisse dici. Diogenes autẽ cuius hoc loco mentio fit Babylonius, Stoicus fuit Philosophus, qui in illa celebri legatione Romam uenit cum Carneade & Crinolo.

Quæ si quis. Hoc est, modũ omnibus præcipienda sunt optima, quibus si quis uti non uoluerit, non possit prætere ueræ rationis demonstratæ uidelicet ignorationem, sed ipsius fuerit negligentia. Vt sit, defuerit, culpa fuerit, seu ut ita dicam, defectus. Quod autem duriuscule dictum uideri queat, quæ si quis grauari, sunt tamen in a tunc locuti. Plinius III. epistolarũ libro. Nempe quã in senatu quoq; ubi per peti necesse erat, grauari tamen uel puncto temporis solebamus.

Quidam literis. Videntur hac in re distributionem ætatum Græci respexisse, quæ secundũ Hippocratem hæc est: Prima ætas ab anno uno ad usq; septimũ. Secunda, à septimo usq; ad decimum quartũ. Tertia, à quarto & decimo ad uigesimũ usq; primum. Quarta, à uigesimoprimo ad uigesimooctauũ usq;. Quinta, à uigesimooctauo ad trigesimum quintũ. Sexta, à trigesimo quinto, ad quadragesimum secundũ. Septima, à quadragesimosecundo usq; ad nonũ & quadragesimum. Prima, infans. Secunda, puer. Tertia, adolescens. Quarta, iuuenis. Quinta, uir. Sexta, senex. Septima, decrepitus, quod ille dixit πρὸς ἄνθρωπον, author Pollux. Cũ igit nō arbitrarentur infantes uti literis institui posse, cõsuerunt hæc studia differẽda usq; ad ἑπταετίας præcepta, ut apud Herodot. ἐπὶ πέντε τῶν (pueritiam ὑπὸ τῶν ἑπταετίων, faciebat quæ Cræsus sua serat seu subiecerat.

Aristophanẽ. Id est, paulo infra tẽpora Philadelphi. Au disse enim hũc Aristophanẽ, qui præceptor fuerit Aristarchi,  
Calli.

Callimachum tradunt et Zenodotum, alterum cum esset puer adhuc, alterum iam adolescens, cæterū magistro postea usum Eratosthene, qui Athenis in Aegyptum uenit, accersitus à Ptolemeo, tertio rege Aegypti, qui Euergetes dictus fuit. Zenodotus autem apud Ptolemæum, Lagi filium, qui Soter dictus fuerat, illiusq; filios literas docuerat. Ita illa ætate doctissimos uiros, qui posteritati conseruarent studiorum & artium cultum, numinis prouidentia collegit. Nam cum perpetuis modis, extincto Alexandro, uexata Græcia, disciplinarum studia negligeret, illeq; orbis artium, quam uocant ἱστορικὸν ποικίλων dissipatus iam esset, expulsi Alexandria doctissimi homines, omnibus in generibus scientiarum, iniurijs & immanitate Ptolemæi, septimi regis Aegyptiorum, quem κενδύτης dixerunt, omnes in insulas et ciuitates Græcorum compleuerunt, tanquā reducentes, quæ olim inde artes excessissent, & se quasi in tutelam Ptolemæorum contulissent.

Chrysiippus. Qui præcepta scripsit de educatione liberorum, sicut paulo post Fabius citat.

Ab Aristotele. Locum Gellij lib. ix. cap. xiii. placuit indicare, propter exemplum epistolæ Philippi.

Quas Græci γλώσσας. In libro de Poëtica, qui extat inscriptus Aristoteli, legitur: Nomē aut proprium esse, aut γλῶτταν. Proprium, quo utantur aliqui communiter: γλῶτταν, quo alij ita idem nomen esse posse propriū & γλῶτταν ut σίγονον Atheniensibus, γλῶτταν fuisse, Cyprijs propriū, unde apparet γλώσσας dixisse uocabula minus uulgo, aut nota, aut usitata, cuiusmodi poëtarum sunt plurima, aut aliunde sumpta, aut reposita ab antiquitate, aut nouitia: uel effictione, uel compositione, ut logi pro nugis, paratragoediare, mastigia, bolus. Vetera sunt perduellis exanclare. Nouorū ratio latius patet, nam & quæ quasi abolita, usu reposita sunt noua uideri queant. Sicut uexare, possit nouum uideri, cum sit uetus ac proprium, cuiusmodi nobis discētibz linguam Latinam occurrere multa solent.

Effictum

Effictum noue fuerit à Sallustio, siquidem uerum est dixisse eum, quod aiunt, Loquentiam. Intellectus maxime nouitatem facit, ut exterebrare & expiscari, pro exquirere, huc pertinet translata. Compositio est simplicior, ut collutulare, triparcos, leuifide.

Græcè uocatur. Ut per terricrepus, Therapontigonus, platagidorus apud Aristophanè ὄφραξι δειροχάρωνοιμοις & κρητοφαιλορρήμονα Sed hæc quisq; sibi excerpte ex Poëtis poterit, uersus autem integros maxime proderit, qualis et Catullianus hic. Cum Thyaso Satyrorum & Nysigenis Silenis. Item: Funera Cecropiæ nec funera portarentur, & ille anti- quus fraxinus fixa ferox infesta infunditur ossis, & sicut nos fecimus docendi caussa. Flamiuomasq; plagas colu altas ful- minis arces. Has maximas, ut sic dicam, confragositates, s & m & s & r faciunt. Vnde ueteres s & m abijcere solebant, & uiniose dictum ab Ennio annotatur, Tum milia milia octo.

## IN CAPVT

II.

Clarissimarum ciuitatum. Ut Lycurgo, quod ex his, quæ de Lacedæmoniorum institutis scripta sunt, à multis sa- tèn constat. Nec non idem apud Athenienses fieri consueuisse legimus, ubi ἄσπορ, hoc est, coetu quodam in ludum uauisse an- tiqui moris fuerit, nimirum à Solone traditi. Quam autem idem Platoni placuerit, si nusquam aliunde uel hinc appareat, quod censet infantes quoque à nutricibus in certum locum quasi lu- dum deferendos, per singulas tribus.

Alexandrinis. Notum est de Alexandrina luxuria, quid lixeris mandatum sit, cui portentose indulsit Cleopatra. Anno- tatum est etiam à Valerio, sic fuisse delicijs eneruatos Alexan- drinos, ut cum eos Archelaus aduersus Gabinium urbe edu- ctos castra uallo ac fossa cingere iussisset, uniuersi succlama- rint, ut id opus publica pecunia faciendum locaretur. Porro conchylium ex eorum piscium genere est, quos Græci ἰσπαροῦ ἄσπερος uocant, præcipue aptos gulæ, Plinius ut purpuram, inter

inter conchas ponit. Horatius in Epodo: Nō me Lucrina iuue-  
runt conchylia. Græci uidentur conchylia dixisse generali ap-  
pellatione τὰ ὀσπράκια ἁπλῶς, ut apud Athenæum ex Epichar-  
mo ἄνδρα δὴ παρὰ τὸν ὄσπράκιον καὶ κρητὸν ὄσπράκιον.

Partitionibus. id est, materijs diuisis discipulis, quæ de-  
cuntur παρὰ τὸν κρητὸν, de qua re libro secundo Fabius.

## IN CAPVT

III.

Ut rideatur. Ridiculæ imitationes, inquit, non sunt bo-  
næ indolis indices, & quem ego ingeniosum intelligi uolo, an-  
te omnia probum quoque uolo. Absque enim probitate esset laus  
ingenij: sane fuerat satius, tarditate illud infamari quam com-  
mendari malitia.

Retenduntur. Remittuntur. Nam hanc uim re habet,  
ut recludo, resigno. Similitudine ducta ab arcubus, quibus cū  
sagittarij nō uti cogitēt, ne neruos quidē accommodare soleant.  
Herodotus scribit Amasidem Aegypti regē reprehensum ab amē-  
cis, quod uoluptatibus indulgēs, comessationibus se dederet, re-  
spōdisse, qui arcubus præliaretur cum uti illis uellent, tum in-  
tendere, ubi uero iam essent usi, remittere consueuisse, nam se  
nunq̄ retenderentur. fore ut dirupti nulli essent usui. Ita quoq̄  
humanā conditionē sese habere, nam si hoīes rebus serijs se per-  
petuo occupēt, neq; aliquā uitæ partē iocis & lusibus imperti-  
ant, improuisum aliquē uel in furorem uel morbū fonticū dela-  
psuros, id uidentem se utriq; rei sua tempora impendere.

## IN CAPVT

V.

Ingrediar. ἔρχομαι ἰσπῶν.

Aeolicum digammon. Quo usi Aeolenses fuerūt pro  
aspiratione, atq; etiā in medio dictionū, ut uocales separarent.  
Eius, ut nom̄o e etiā indicatur figura gemini & traditur, cum  
potestas lūera & fuisse uideatur. Itaq; illi pro ἰάκην Fάκην di-  
xere, & πόσλον βπόσλον & δόκ & δάξ & δ.

Medius est. Hoc est sonus qdā etiā alicubi audit neq; lite-  
ræ i neq; u p̄prius, sed quasi alteri lūeræ inter utrāq; mediæ,

Aspi



